




BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
166
B
32
NAPOLI



PASCHALIS NAPODANI

DISSERTATIO

Qua cap. *Clericus* 3. *qu.* 4. exponitur.

Non amat falsum auctor veritatis; adulterium est apud illum omne quod fingitur. Tertullianus.







NEAPOLI MDCCLXV.
Ex Typographia Raymundiana
PUBLICA AUCTORITATE.

Diligite homines, interficite errores.





ILLUSTRISS.MO ET AMPLISS.MO VIRO

CAROLO PAOLETTIO

Regio Conſiliario, & Olivetanae Curiae Quinqueviro.

PASCHALIS NAPODANUS.



MNES unanimiter concelebrant nomen tuum, CAROLE Vir Ampliſſime, ſed nemini carius eſt dulciuſve, quam

nobis, quibus jampridem & innocentia vitae tuae, & facilium morum ſuavitas, exquiſitarumq. quam vulgus hominum doctrinarum eruditio conſtitit. Quam vellem [memorant enim, cum amentatas haſtas divini eloquii vibrabas, omnes percuſſos corda tua vi] doctiſſimis illis interfuiſſe concionibus, quibus reſtituebas ejectis bona, & miſeris ſalutem afferebas. Vix in colloquio familiarium [cum per graviſſimas occupationes tuas licet; cuinam intercluditur ad te quacumq. hora aditus; vel quiſnam infecto negotio ex

aedi-

aedibus tuis discessit unquam?] ductos e gurgite vivo sermones excipere est; & reficere soles, vir maxime, familiarissimos tuos, dum suaves fundis ex ore loquelas. Hanc, quam tua tibi virtus peperit, existimationem Providentissimi Reges pluribus auctariis amplificarunt. Nam te stlitibus judicandis praefecerunt primitus; dexteritatem deinde miram, singularemq. sapientiam in conficiendis negotiis cum vidissent, paucis in ea administratione transactis mensibus in intimum Regii βουλευτηρίου transtulerunt sacrarium. Quale

porro fueris consulenti curiae auxilium, & ornamentum, vox publica praedicat. Sunt enim, qui eam tantummodo laudem sibi quaeritasse satis habent, quod neminem laeserint; tu postremam hanc officii tui partem esse putavisti. Nam, quod viros magnos proprie decet, beneficiis magis homines devincire statuisti tecum, quam timore potestatis consternasse. Quare Rex Sapientissimus inter Olivetanae Curiae quinque primos etiam adlegit; ob eandemq. qua polles in eum fidem, atq. adeo religionem scri-

bun-

bundo Codici Carolino cum ſelectiſſimis quibuſq. Juriſprudentibus praeeſſe juſſit. Quid vero minutatim ſingula recenſeam, cum nullum agatur in utraq. Sicilia negotium, quod vel fidem poſtulet, vel prudentiam, vel doctrinam, quin ad idem tu adhibearis? At ſemotus a tantis curis, vir ampliſſime, vacuas aures aliquantiſper adhibe mihi veram ad rationem. Juriſdictionis enim eccleſiaſticae primordia pandam, & incrementa. Si qui mea ſcripta momorderint invido dente, tuum eſt, ut vindices. Sceleſtorum iniquitatem

contusam heic cernes, & asserta Regum, & Ecclesiae jura. Tamen impiorum maledictis proscindar, nisi divino. Sed sub tanti Patroni fide, & clientela

Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinae.

PRAE-

PRAEFATIO.



Latonis scitum est, ὅτι παρ' οἷς πλεῖστοι νόμοι, καὶ δίκαι παρὰ τούτοις καὶ βίοι μοχθηροί. καθάπερ καὶ παρ' οἷς ἰατροὶ πολλοὶ, καὶ νόσους εἰκὸς εἶναι πολλὰς apud quos plurimae sunt leges, apud hos etiam lites esse & malos mores: sicut morbi solent esse multi, ubi multi sunt medici. *Hunc locum acceptum refero Straboni* lib. VI. *ubi etiam Thurios Rep. vitiosissima narrat usos, propterea quod essent* ἀκριβοδίκαιοι. *Nam inquit:* bonis regi legibus non eos, qui in legibus omnem calumniae locum volunt praecludere, sed qui simpliciter positis legibus insistunt. *Eapropter Charondas & Zaleucus optimi* νομοθεταὶ *sanxerunt, ne quis in Rep. sua (stabiliverant enim Thuriorum ac Locrensium* πολιτείαν*) alias quam a se conditas leges ferret; quin capite plecti voluerunt, qui talia ausus esset. Nec aliunde manavit vetus institutum incidendi litteratis marmoribus legum sen-*

ten-

ſententias brevibus verbis comprehenſas. Quem quidem morem a Corybantibus (genus Japhetidarum fuit, a Colchide primitus diſſeminatum, ut oſtendit aevi noſtri lumen Mazochius tom. 1. Spic. Bibl. p. 294.) *traditum retinuit Solon. Nam in tabulis ſive ligneis, ſive lapideis, ſive aeneis (varie produntur enim* ἄξονες *illi, ſeu* κυρβεῖς) *inſculpſit leges, quas populus frequenti cantu memoriae mendaret. Et ipſa* ἱερατικὰ δίπτυχα *ſummi numinis exarata digito tabulis inſcripta ſunt. Quin vero generatim apud omnes omnino nationes ejuſmodi inſtitum viguiſſe, colligo e ſcholiaſte Apollon. Argon.* lib. VI. v. 480. οἱ ἀρχαῖοι λίθους ἱσθάντες εἰώθεσαν τὰ δόξαντα ἐν αὐτοῖς ἀναγράφειν veteres lapides ſtatuentes conſueverunt ſua ſtatuta ipſis inſcribere. *Hinc Horatius in* Arte *inter priſcae ſapientiae myſteria numerat*: leges incidere ligno. *Haec quidem omnia locupletiſſimo argumento ſunt, haud multitudine legum & anfractibus optimam adminiſtrari Remp., ſed tum deniq. futuram beatam, ſi aut docti ac ſapientes homines eam regere coeperint; aut ii, qui re-*

regunt, omne ſuum ſtudium in doctrina, ac ſapientia collocarint. Hanc conjunctionem videlicet poteſtatis ac ſapientiae ſaluti cenſuit civitatibus eſſe poſſe Plato apud Cic. epiſt. I. ad Q. Fratrem lib. I. *Nec ab hujuſmodi ſenſibus quaſi nobiſcum innatis abhorruerunt Romani. Donec enim paucorum jugerum herediolum (ut loquitur* Columella *) non minus induſtrie coluerunt, quam armis ſtrenue quaeſiverant, paucas admodum habuere leges, quas e* Solonis *ut plurimum inſtitutis decerptas* XII. *tabulis deſcripſerunt. At inſana multitudine legum obruti paene ſunt, cum immigravit Romam avaritia, & immenſae voluptates omnia perdundi deſiderium invexerunt; ut bene propterea Horatius de Romanis cecinerit:*

Aetas parentum pejor avis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Eccleſiaſtica ipſa diſciplina primis ſaeculis florentiſſima fuit, cum nullae aliae leges in uſu fuerunt praeter utriuſq. Foederis tabulas, quas canonicas appellari

in

in more fuit positum, *quod essent fidei*, *morum*, *disciplinaeq. norma*, *&* *κανών*. *Nam teste Aristotele* lib. 1. de animal. cult. τῷ εὐθεῖ καὶ αὐτὸ, καὶ τὸ καμπύλον γινώσκομεν, κριτὴς γὰρ ἀμφοῖν ὁ κανών recto & ipsum, & obliquum cognoscimus; judex enim amborum regula. *Aedificandae igitur ecclesiae architecti cum essent ministri verbi*, *non alium adhibuerunt κανόνα*, *quam sacras scripturas*. *Atq. ecclesia quidem occidentalis ante Nicaenum Concilium* nullos canones noverat, sed moribus tantum, & jure non scripto regebatur, *inquit de Marca* lib. 3. de Conc. c. 2. *Hinc Innocentius I. apud Sozom.* lib. 8. c. 26. canonibus porro obsequendum esse scribimus, qui Nicaeae sunt decreti, quos solos consectari decet Ecclesiam catholicam, & juxta eos iudicare. *Quamquam autem orientalis Ecclesia praeter Nicaenos adsciverit & alios vetustos canones ex pluribus conciliis coagmentatos*; *ea tamen collectio per octingentos annos unico codice continebatur*, *eoq. non ita magno*. *Quem & occidentalis usibus suis addi-*

addixit, cum contra christianae societatis violatores pugnandum fuit, & mutuas secum agitare controversias utraq. coepit Ecclesia. At intumuit ille codex usq. adeo, ut ad illud evolvendum terendumq. toti nunc sint intendendi nervi. Et omnium primus Isidorus corpus canonum *maluit nuncupare, cum antea codicem, vel collectionem vocitari moris fuerit; unde & facile descivit in* corpus juris canonici. *Quid autem est, quod in tantam hodie succreverit molem? Non una quidem est interpretum sententia. Zieglerus in* de orig. & increm. jur. canon. §. 8. *ita censet:* haec est ista structura, qua surrexit primum, & in tantam molem excrevit corpus juris canonici, sive pontificii; quae quidem cum in aemulationem imperatorum & ad imitationem juris civilis processerit, partes non dissimiles repraesentat. Sic enim se habet decretum, ut in corpore juris civilis digesta; decretales, ut codex, quoad compilationem Gregorii; sextus, & clementinae, ut novellae Justiniani; extravagantes, ut consue-

tudi-

tudines feudales. *At quis germanas gerras Ziegleri tolerabit? Magis igitur probatur mihi sententia Petri de Marca lib.* 3. *de Conc. cap.* 6. §. 4. *qui totum id ab immutata disciplina repetit. Ac summum caput, ut loquitur, in quo jus novum a veteri differt, in hoc positum ostendit, quod imminuta sit, vel potius extincta synodorum provinciae potestas, & ad unum pontificem prolapsa. Hinc secutum novum judiciorum ordinem, & derivasse tot constitutiones de rescriptis, de judicibus delegatis, de officio judicis ordinarii, de dilationibus, exceptionibus, sententiis, & appellationibus. Alterum discrimen arcessit a beneficiorum collationibus ab ordinatione sejunctis; cum olim manuum impositionem statim sequeretur descriptio in ecclesiae matriculam. Hinc autem ortas regulas antiquo juri prorsus incognitas de beneficiis acquirendis, conservandis, & amittendis;* quae fere (*inquit*) utramq. paginam novi juris faciunt. *Tertio conditiones tum impediendis, tum dirimendis matrimoniis adjectas novis interdictis ad tuendam*

endam publicam honestatem & ejus generis caussarum cognitionem ad ecclesiam reservatam mirifice exauxisse jus ecclesiasticum. Quarto excommunicationum, & publicarum poenitentiarum repressam austeritatem novis indiguisse constitutionibus. Demum incredibilem monachorum, ac religiosarum aedium multitudinem, eorumq. exceptiones ab episcopi jurisdictione magnam suppeditasse materiem condendis aliis ecclesiasticis legibus. Vides hinc, ut inversos mores secuta sit immutatio disciplinae. Ac tamen his omnibus adjectas velim Isidori Peccatoris fallacias, quae novam prorsus disciplinae faciem induxerunt. Has vere dici potest extitisse vel unicum, vel praecipuum fontem, unde tot emanaverint canones, quibus inspersum est universum fere Gratiani decretum, ut vix parietinas antiqui juris queas internoscere. Plurimos quidem exegerunt labores viri docti, ut illud repurgarent, nec parum mihi fuit laborandum, ut capitis clericus, *quod tractandum suscepi,* νοθείαν *ostenderem. In intimum veteris discipli-*

nae fuit penetrandum uterum, ut inde spurium foetum extraherem, pristinumq. vetestissimis institutis restituerem ornamentum. Ceterum aut ego fallor, aut ecclesiasticae disciplinae partem nobilissimam meus libellus exhibet. Plurimum (fateor) sum evagatus in anquirendis jurisdictionis ecclesiasticae cunabulis, & processibus; sed omnia cum proposito cohaerent apte. Nec injucundum erit, sapientissimos contemplari Reges in Ecclesiam Christi beneficia plena manu conjicere, ut quam ille humilitate volebat crescere, *hi certatim vel immunitatibus exornarint, vel auxerint jurisdictione, vel facultatibus amplificarint innumerabilibus. Rem actam equidem videbor agere; sed plurima dies in diam luminis oram profert, & pleraq. renascentur, quae mihi latuerunt. Suum enim & operi meo constabit pretium, quod, quæ ceterorum fugerunt diligentiam, mihi, largiente Deo, se se offerre visa sunt. Quod si accedet legentium plausus, omne mihi tulisse punctum videbor.*

CAP. I.

De Capitis Clericus 3. q. 4. νοθεια, *ubi & de tota Iſidori Peccatoris carptim ediſſeritur impoſtura, tum & peculiaria quaedam ſubduntur argumenta, quae Capitis hujus falſitatem liquido commonſtrent.*



Nterpretaturo mihi caput *Clericus* 3. *q.* 4. duarum video rerum cenſuram eſſe ſubeundam. Primum ſelegiſſe me locum inquient non admodum ſpiſſo commentario dignum, ſed potius quibuſdam notulis adſpergendum: deinde poſt Petri de Marca lucubrationem ad caput hoc diligentiſſime ſcriptam meum, qualiſcumque ſit, laborem ſupervacuum eſſe exiſtimabunt. At vero quod facile iſti putant vel parvi momenti, id non iverim negatum, ſiquidem leviter, & per quaſi tranſennam rem conſiderent; ſed ſi penitius introſpicient, eam plurimis obligatam difficultatibus intelligent, unde impeditum pedem vix queant extricare. At-

que id quidem vel inde patet, quod interpretes in diversas adhuc discesserint partes, & nonnulla Ecclesiasticae disciplinae capita ex hoc secius intellecto loco damnum (1) fecerint; id quod fusius deinceps commonstrare in animo est. Quis autem vitio vertat mihi, si Petri de Marca institerim vestigiis, & quod magnus ille vir sibi breviter illustrandum censuerit, id ipsum uberius mihi prosequendum suscipiam? Hic facem praeivit, & viam monstravit tramite prono; sed hinc major accedet operi meo dignitas ac splendor, quod & virum magnum sim imitatus, & opta-

(1) Nec enim assentior nupero Canonistae, viro ceteroqui clarissimo, qui exoletam Baronii sententiam in lucem revocare connititur. Magnus vid. Annalium conditor ad *an. Chr.* 865 putavit, Isidorianis Epistolis *non indigere Romanam Ecclesiam, ut si falsitatis arguantur, suis ipsa destituatur juribus & privilegiis: cum etsi illis careat, ex legitimis germanisque aliorum Pontificum epistolis decretalibus satis superque corroborata consistat.* Recte Baronius; at noster, quod magis ridiculum videtur, non modo ex posteriorum Pontificum decretis ea quaesita jura Romanae Cathedrae vindicat, sed etiam amplius ab jure divino arcessit. Quis tantam toleret φρενιτιδα?

& optaverim materiem, quam prius ille sibi sumpserat.

Caput, quo de agimus, depromptum est ex Epistola II. c. 9. Stephani Papae I. ibi: *Clericus vero, qui Episcopum suum accusaverit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est, & a gradu debet recedere, ac Curiae tradi serviturus.* Atque hoc ipsum est, quod capitis hujusce νοθειαν luculenter evincit, & inter apogrypha rejiciendum veluti digito ostendit. Nam omnes omnino Decretales Epistolas, quae a Clemente ad Siricium usque feruntur conscriptae, supposititias esse nemo hodie ignorat. Fateor equidem extare etiamnum nonnullas priorum Pontificum epistolas, de quarum γνησιοτητι dubitare sit nefas, quasque exhibuit Coustantius *tom.* 1. *Epist. Pontif. Roman.* At haec decreta non sunt; rectius responsa dixeris Pontificum consulentibus Ecclesiis missa. Nam Ecclesiae Romanae & diuturno Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli domicilio celeberrimae, & eorumdem imbutae sanguine tanta ab immemora-

bilibus usque temporibus tributa fuit auctoritas, ut ex ea tanquam *Cathedra & Ecclesia principali* (sic enim loquitur Cyprianus *Epist.* 55:) *unde unitas Sacerdotalis exorta est*, & unde ceu μητροπολει (1) in plures alias disseminatum est Evangelium, responsa ἁπανταχόθεν peterentur. Nimirum vetustissimis Ecclesiae patribus, si quid suboriretur vel super fidem vel super disciplinam controversiae, & alias Ecclesias praeter Romanam consulendi in more positum fuit. Explicatissimum hujusce rei testimonium prostat apud Socratem *Hist. Eccl.* I. 3. ubi Alexander Alexandrinus, cum Arium de

(1) Ex hoc veluti fonte omnem ferme Apostolicae sedis auctoritatem deducit Innocentius I. *Epist. ad Decentium Eugubinum Episcopum: quis enim nesciat, aut non advertat, id quod a principe Apostolorum Petro Romanae Ecclesiae traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari, nec superduci aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum; praesertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, insulasque interjacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut ejus successores constituerint Sacerdotes &c.*

de gradu Presbyteratus dimovisset, narratur postmodum συλλειτουργοῖς τῆς ἁπανταχῆ ἐκκλησίας (omnibus qui sunt in Ecclesia Sacerdotibus) scripsisse epistolam, quae sic incipit: *cum in sacris litteris sit unum corpus Ecclesiae Catholicae nobis traditum & praeceptum, ut concordiae ac pacis vinculum firmum teneamus, consentaneum est, uti per litteras colloquamur inter nos.* Quamquam autem hujusmodi litterarum commercium generatim inter omnes agitaretur Episcopos: quaedam tamen aliquot sedibus majoribus, puta Alexandrinae, Antiochenae, ac Romanae praesertim, servabatur reverentia, earumque potissimum, si quae de fide vel moribus lis orta esset, expetebatur suffragium. Hinc abusque Christianismi primordiis Romam undique missitabantur (1) consultationes; ut antiquissimi

(1) Hinc hujusmodi relationum usum ab institutione Majorum arcessit Innocentius I. *Epist. ad Felicem Episcopum Nucerianum: mirari non possumus dilectionem tuam sequi instituta majorum, omniaque, quae possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos quasi ad caput atque ad apicem Episcopatus referre, ut consulta videlicet*

Patres aeternum haereticis impositturi silentium ad eam Ecclesiam provocare consueverint, propterea quod sanctius inibi asservari traditionem existimarent. *Ad hanc*, inquiebat Irenaeus lib. III. adversus haeres. c. 3. *propter potentiorem principalitatem* (i. e. interprete Petro de Marca lib. 1. de Concor. Sac. & Imp. priorem & potiorem originem, nequis hic Romanum imperium somniet) *necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est eos, qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quae est ab Apostolis traditio* (1).

Ve-

licet sedes Apostolica ex ipsis rebus dubiis certum aliquid faciendum pronunciet.

(1) Eodem accedat Stephani Papae responsum ad LXX virale Africanorum Patrum concilium sub Cypriano habitum. Cum enim ibi Haereticorum baptismum irritum esset pronunciatum, synodica missa est eapte de re ad Stephanum epistola: cui Pontifex ab eodem Cypriano Epis. 74 relatus (nam Stephani epistola non extat) haec rescribit: *si quis ergo a quacumque haeresi venerit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in poenitentiam*. Ex his vide, nihil novistatuere Pontificem, sed traditionem tantum, & Apostolicae sedis morem πατροπαράδοτον

Verum hactenus edixisse (1) Rom. Pontifices non apparet: decretum enim cognita demum caussa interponitur, &

δοτον Africanis Patribus proponere, & explicare. Ea profecto Beato Augustino mens fuit, cum *lib. V. contra Donat. c. 23. inquit: Sed consuetudo illa, quae opponebatur Cypriano, ab eorum traditione exordium sumpsisse credenda est, sicut sunt multa quae universa tenet Ecclesia, & ob hoc ab Apostolis praecepta bene creduntur, quamquam scripta non reperiantur.*

(1) Tertullianus quidem in *de Pudic. c. 2.* injicit de pontificio quodam edicto mentionem: *audio etiam edictum esse propositum, & quidem peremptorium; Pontifex scilicet maximus, quod est Episcopus Episcoporum edicit: ego & moechiae, & fornicationis delicta poenitentiae functis dimitto.* At abutitur heic vocabulo Tertullianus, an loquitur εἰρωνικῶς? jam enim abierat, cum haec scriberet, in haeresim Montani. Certe Fleury *Hist. Eccl. lib. V. XVI.* postquam haec, quae produximus Tertulliani verba, laudavit, ad ultimum sic rationes subducit: *les papes ne prenoient point alors ces titres, & c'est par ironie que Tertullien les leur donne: mais cette raillerie eût été sans fondement, si le pape n' eût été en effet regardé par tous les catoliques comme chef de la religion & le pasteur des evêques mêmes.* Non igitur ineptias, si de lapsis recipiendis consultum (quae vetustissima servabatur jam in Ecclesia πρᾶξις) εἰρωνικῶς nuncupasse statuas edictum. Vero enim simillimum putaverim, quod Franciscus Turrianus in *Const. Apost. l. II. c. 14.* observ-

non de plano pronuntiatur, sed pro Tribunali. Possem producere definitionem, quam de decreto promit Theophilus ad *lib. I. Instit. tit. II.*; sed eam brevitatis gra-

servat jam ab Apostolorum inde temporibus extitisse teterrimos illos homines vel potius hostes generis hominum, qui lapsis post baptismum denegarent poenitentiam, seu per summum dedecus & ignominiam commune littus ejectis. Et quidem S. Cyprianus *lib.* 4. *Epist.* 3. quosdam Africanos Episcopos commemorat, qui moechos ab Ecclesiasticae communionis aditu secluserant. Scelestos scilicet hujus furfuris homines decipere potuisse conjicit Turrianus Apostoli locum *epist. ad Hebr. c.VI.* ut postmodum fucum fecit Novato: *impossibile esse* ait Apostolus, *eos, qui semel illuminati sunt* (h. e. baptizati) *& prolapsi sunt, rursus renovari ad poenitentiam*. Ergo sive Zephyrinus Papa hujusce statuti sit auctor; ut quibusdam placuisse memini, sive Clemens (quod Turrianus defendit; nam omnis in hoc est, ut constitutiones Apostolicas Clementi vindicet) nihil novi juris edicit, sed Apostolicam confirmat traditionem. Illud etiam nec certo definiverim, utrum ad ea verba digitum Tertullianus intendat, quae leguntur *in lib. II. c.* 14. *Const. Apost.* an ad aliud incerti Pontificis responsum, quod hodie deperierit. Primum arrisisse Abbati Fleury l. c. intelligo; nam in margine illum Constit. Apost. locum innuit. Quod si ita est, quis de figurata Tertulliani locutione poterit dubitare? Nam non eopte modo quo promit hic ea verba concipiuntur in textu, qui simpli-

gratia missam facio, & ad *l.* 2. §. 1. D. *Quisordo &c.* venio. Heic distinguitur bonorum possessio, quae de plano peti potest, ab ea, quae caussae cognitionem pro tribunali desiderat, seu quae decretum exposcit. Eapropter illa *Edictalis*, haec *Decretalis* nuncupatur; vide Jacobum Cujac. *in Parat. ad lib. XXXVII. Digest. tit. X. de Carbonario Edicto*, & quae ibi Alex. Chassanaeus adnotat. Itaque scitissime Salycetum notat Scipio Gentilis *lib.* 1. *de Jurisd.* c. 19. quod alienationem bonorum pupilli, si adeatur princeps, existimaverit non postulare decretum, quod factum oportuisset, si Praetori, vel Praesidi provinciae caussa sisteretur. Nam si praedia minoris alienari, vel obligari non possunt, nisi caussa cognita, & pro tribunali magistratus concesserit; etiam in principe locus est huic sententiae. Quamvis

pliciſſimus eſt, & divinis litteris nititur ut plurimum: *Sin vero poenitentem non receperis, objicis eum insidiatoribus, oblitus quod David ait:* ne tradas bestiis animam confitentem tibi . . . *recipe ergo poenitentem nihil addubitans: neque obstent tibi, qui inhumane ajunt, non oportere talium convictu contaminari, neque communem cum ea habere sermonem.*

vis enim princeps solutus sit ordine judiciorum, eum tamen libenter sequi solet, ut & sum. Pontif. vel in recentiori hac Ecclesiae disciplina *c.* 19. *X. de sent. & re judic: in caussis*, inquit Pontifex, *quae summi pontificis judicio deciduntur, & ordo juris, & vigor aequitatis est subtiliter observandus; cum in similibus casibus ceteri teneantur similiter judicare*. Ergo eorum, qui per tria priora saecula sederunt Pontifices, nec extiterunt decreta, nec decretales epistolae, quales produxit Isidorus sycophanta; sed potius responsa, (1) vel consilia. Quemadmodum Consul-

(1) Quid igitur est, cur laudatus Canonista traditam a diligentissimo Fleury Epistolarum Decretalium definitionem mancam nuncupare sit ausus? *Appellabantur autem*, inquit vir magnus in Jur.Ecc. Inst. P. I. c. 1., *Decretales Epistolae, quibus Pontifices ab Episcopis consulti decidebant momenta disciplinae, quaeve canonum loco habebantur &c.* Nam si caussa est, cur culpandus videatur vir doctissimus, id omne eo recidit, quod epistolas decretales vocarit, quae mera fuerunt responsa. Baronium autem, quem melius sensisse scribit auctor, ad Siricii (cujus locum videsis inferne) & quae consecuta sunt tempora mentem putaverim advertisse, non ad eam quae in vetustis-

ſultationes, & Relationes (nam & in Digeſtis, & in Cod. Theod. & Juſtin. eadem vocabula quoque alternant) in Epiſtolis Rom. Pontif. vocitatas paſſim invenimus eas ſive fidei, ſive Diſciplinae quaeſtiones, quae tam ab Orientalibus, quam ab Occidentalibus apud Apoſtolicam Sedem propter primatum Papae ſiſtebantur ex officii ratione, ut patet ex Epiſt. Siricii ad Himerium: *ad ſingulas cauſſas, de quibus Rom. Eccleſiam, utpote ad caput tui corporis retuliſti, ſufficientia quantum opinor reſponſa reddidimus*. Unde & Innocentius ad Milevitanum ſcribens concilium hanc ad ceterorum conſultationes reſpondendi curam Apoſtolicae ſedi non poſtremam fuiſſe profitetur; & Hieronymus *Epiſt. ad Ageruchiam* a Synodicis Orientis atque Occidentis relationibus ſe fuiſſe Damaſo teſtatur. Quae quidem omnia ut fa-

ſtiſſima Eccleſia obtinebat diſciplina, quam ſic definiens in animo habuerat accuratiſſimus alter ἱστοριόγραφος. Sic enim Baronius: *Decretales dicebantur Rom. Pontif. epiſtolae, quibus vel ad diverſorum conſultationes reſpondere ſolerent, vel cum quid ſervandum vitandumque eſſet edicerent.*

facilius mihi suaderem, pervicit auctoritas Cypriani *Epist. XXXV. ad Clerum Rom: Et dilectio communis, & ratio exposcit, fratres carissimi, nihil conscientiae vestrae subtrahere de his, quae apud nos geruntur, ut sit nobis circa utilitatem Ecclesiasticae administrationis commune consilium*. Et consonat cum eo Siricius Papa *Epist. ad Himerium Epis. Tarraconensem: consultationi tuae responsum competens non negamus*. Atque ut omittam Innocentii I. cum *Epist. ad Episcopum Nucerianum*, tum *Epist. ad Exuperium Tolosanum* verba luculentissima, post ampliata (quod magis mirere) Romanae Cathedrae privilegia Alexander III. duodecimo Christi vertente saeculo ad Senonensem Archiepiscopum scribens *c.* I. *de Rescriptis* haec habet: *Sicut Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum, disponente Domino, mater est & magistra: ita & nos, qui eidem Ecclesiae licet immeriti divinae dispositionis providentia praesidemus, prout Dominus nobis ministravit, consultationibus respondere cogimur singulorum, & quae videntur dubia Apostolicae circum-*

spe-

ſpectionis providentia declarare.

Non autem haec eo ſpectant, ut ferendarum legum poteſtatem ab Romanis Pontificibus abjudicem; nam quod Ethnicorum Pontifices facere potuerunt, cur idem Chriſtianis Pontificibus non licebit? Atque ut alia omittam, quae in ſubjectam (1) oram conjeci,

(1) Gruchium inter Gutheriumque non levis, ut arbitror, intercedit altercatio. Primus *lib. 3. de Comitiis c. 3.* omnem pontificibus ferendarum legum derogat poteſtatem. Eaque ex cauſſa eſſe dicit, quod Gellius V. 19. non a Pontificibus ſcripſerit haberi comitia de arrogatione alicujus, ſed *arbitris Pontificibus*, quod Cornelio Tacito eſt apud Pontifices legem curiatam ferri. *neque vero*, inquit, *legis ferendae jus alicui erat, niſi magiſtratui*. At Gutherius *lib. 1. de vet. jur. Pontific. c. 13.* immenſum prope dixerim pontificibus rogandarum legum jus largitur. Nam & Pontificem Maximum pro collegio pontificum ait reſpondiſſe, ſi quid eis deliberandum a Senatu praebitum eſſet, aut ſi quid a collegio juſſum eſſet, monitum, vel obſervatum. Et egiſſe cum populo defendit, ſeu rogaſſe populum, quid ſuffragiis ſuis juberet, vel vetaret. Illud autem Gellii, *arbitris pontificibus*, interpretatur, *auctoribus* ex Feſto in v. *arbitrium*. Inter tantam certationem quae nobis terenda via ſit, haud judicatu difficile eſt. Non omne pontificibus condendarum legum ademerim jus, nec omne donaverim;

jeci, sepultura olim caussa fuit pontificalis; ut etiam a Principibus Christianis cognitio de illis, quae ad sepulcra per-

rim; de rebus sacris decernendi jusque fasque sit ipsis (modo non abutantur potestate; tum enim appellandi ad populum jus esto, vel magistratus vidento; quemadmodum lex XII.Tab. de publicis privatisque sacris lata est, & lex Domitia, Antonia, Labiena de comitiis Sacerdotum, & Ogulnia de communicando cum plebe Sacerdotio, & Cornelia de numero sacerdotum, aliaeque tales; & in Ecclesia viguit semper mos, ut adversus vim praesulum opem Regiam imploraverint Clerici; vide Espenium toto *tract. de Recurs. ad Principem*.) Pontifices, inquam, a comitiorum septis arceam, extra conlegii cancellos non evagari sinam. Edictis enim pontificia statuta, non per trinum nundinum promulgabantur. *Quid est enim*, inquit *Cic. pro Domo c. XII. aut tam arrogans, quam de religione, de rebus Divinis, caeremoniis, sacris pontificum collegium docere conari... aut tam curiosum, quam ea scire velle, de quibus majores nostri vos solos & consuli & scire voluerunt*. Haec autem omnia deliberabat prius Pontif. Max. cum collegis; & ipse postmodum pro conlegio respondebat. Unde & Cic. *Phil.* 13: *Te, Lentule, appello, respondebis & tu, & pro collegis, & pro pontificum collegio*. Et *de Haruſ. resp: eam rem ex senatus auctoritate Sex. Julius Praetor retulit: tum P. Scaevola Pontif.Max.pro collegio respondit*. Qui sapientissimus quidem mos & in veteri Ecclesia obtinebat, ut nihil inconsulto presbyterio agere-tur

pertinerent, Romae Pontificibus sit adscripta *l. 2. C. Theod. de sepulc. violat.* Hinc & reliquiae trajici nequiverunt nisi ex permissu Collegii Pontificum, ut loquitur vetus inscriptio apud Gruterum. Heic autem animadvertas ve-

tur ab Episcopo, v. Thomass. *in de vet. Eccl. disc.* & ipse Rom. Pontif. nusquam olim, nisi in Romano concilio consulebatur, uti liquet ex Epist. Rom. Pontif. ante productis, & latissime Bohemerus in c. Diss. comprobat. Ergo cum lex, ut ait Chrysippus *l. 2. D. de legg.* sit πάντων βασιλεύς θείωντὲ καὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων, civilium legum magistratibus permittamus arbitrium, sacrarum autem pontificibus. Non aliud inhaeserat Dionysio Halicarnassensi, cum lib. II. & x. potestatem iis tribuit ferendarum legum de sacris, quae nondum erant litteris consignata, vel quae usus adhuc non receperat. Hinc & Ulpianus jus pontificium publico accenset *l. 1. D. de justit. & jur. publicum jus*, inquit, *in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit*. At enim dices agere cum populo poterant pontifices, & ex iis constitutum scribit Pomponius *l. 2. D. de Origin. jur.*, qui quoquo anno praeesset privatis. Fateor equidem flaminum inaugurandorum caussa saepe pontifices habuisse curiata comitia, ut in historia Livii passim videre est; nec tum comitiis praefuisse legimus magistratum. Numquam vero curiatam legem de alicujus adrogatione tulisse memini; sed aderant pontifices, ut cognoscerent, ne quid de sacrorum religione minue-

velim permissum hunc non ἁπλῶς intelligendum, seu qui per libellum dari potuerit; nam quae decretum exposcunt, ea per libellum expediri non possunt *l. 9. §. 1. D. de offic. Proconss. l. 7. D. de Reg. Jur.* ejus autem generis fuisse cadaverum translationem, pa-

nueretur, quemadmodum loquitur Cic. *pro domo*. Nam *quae caussa cuique sit adoptionis, quae ratio generum, ac dignitatis, quae sacrorum, quaeri a pontificum collegio solet*, inquit idem l. c. Et ipse Gellius, quem suas in partes trahit Gutherius, vix dici potest, quantum nobis faveat. Nam de discrimine loquens adoptionem inter, & adrogationem ait, *quod per praetorem fit, adoptatio dicitur; quod per populum arrogatio*. Cur arrogationem non dicit fieri per pontificem, si hic legem ferret curiatam, uti placet Gutherio, sed per populum? Nec enim verum est, Gellium sollemnia curiatae legis de arrogatione verba *velitis, jubeatis &c.* attribuere pontifici; sed sine ullo additamento personarum ea verba proponit: *ejus*, inquit, *rogationis verba haec sunt; velitis &c.* Apud Pomponium vero *praeesse privatis* nihil aliud est, quam actiones & judicia dare; nam interpretandi respondendique juris munus pontificium fuit. Itaque rogandarum legum civilium, vel potius humanarum, uti loquitur Chrysippus, magistratuum proprium fuit. Eapropter Pomponius in citata lege inter eos, qui condendarum legum jure fruerentur, non adnumerat pontifices.

palam fit ex *l.* 8. *D. de Religiosis*, ibi: *ossa, quae ab alio illata sunt, vel corpus, an liceat domino loci effodere, vel eruere sine decreto Pontificum, seu jussu principis, quaestionis est. Et ait Labeo, expectandum vel permissum Pontificale, seu jussionem Principis*. Quo magis igitur Christanorum Pontificibus hoc concedendum, & Romano potissimum, qui Petri sustinet personam, cui prae ceteris dictum fuit Apostolis: *pasce oves meas*. Nam fallit opinio Bohemerum *Diss. de Decr. Pontif. Rom. var. collect. & fat.* qui condendi novi juris facultatem ullam habuisse Pontifices negat, sed veteris tantum explicandi copiam permittit, atque id non nisi in concilio Romano. Promulgandarum porro legum auctoritatem eosdem accepisse defendit a Valentiniani III. demum constitutione, quae sub fin. *Cod. Theod. tom. VI. tit.* 24. occurrit. Quin & ab eapte re dudum abstinuisse, cum probe nossent in synodo demum novos canones ferendos esse. Denique ut verbo absolvam, id Romanis Pontificibus & ante,

& post Valentiniani Constitutionem dumtaxat relinquit Bohemerus, ut jus controversum enuclearent, & antiquum promerent Ecclesiae Occidentalis usum; quamvis variis deinceps accedentibus caussis (quas l. c. producit) & praesertim quod in unum compacta sint corpus, istiusmodi Pontificum judicia vim authenticae interpretationis acceperint. Miror autem, cur Petrum de Marca fundum laudet auctoremque sententiae suae, cum is *lib. I. de Conc. Sac. & Imp.* hanc disertissime potestatem Romanis Pontificibus asserat, & eorum refellat opinionem, qui a Gregorio demum VII. id juris Apostolicae sedi quaesitum existimant. Expendit propterea magnus ille vir Valentiniani legem, qua Leonis Papae sententiam adversus Hilarium Episcopum Arelatensem latam confirmat princeps ille, praeter cetera sic statuens: *sed illis* (h. e. Episcopis Gallicanis) *omnibus pro lege sit, quidquid sanxit vel sanxerit Apostolicae sedis auctoritas*. Et optime animadvertit Archiepiscopus Parisiensis, nequaquam tum primum ferendarum le-

legum poteſtatem Apoſtolicae ſedi tributam, *cum tantum*, inquit, *eo reſcripto ſota ſit & confirmata*. Hinc facile intelligitur, quod etiamſi eo privilegio frueretur Apoſtolica ſedes, decretorum tamen promulgandorum & uſu abſtinuit & vocabulo, ſicuti *jurisdictionis* vocem ſero tandem uſurpavit, cum juris civilis ſtudia invecta ſunt in Eccleſiam. Nimirum aureis illis trium priorum ſaeculorum temporibus per litterarum commercia de dubiis Fidei, ac Diſciplinae cauſſis ſecum deliberabant Epiſcopi, & poſt reſtitutam Eccleſiae ſerenitatem nulli praeter Nicaenos in uſu fuerunt canones, ad quorum praeſcriptum ipſa ſedes Apoſtolica ſua concinnabat reſponſa. vide Petrum de Marca *lib. VII. c.* 13. *de Conc. Sac. & Imp.* Ergo hujuſmodi reſcripta Pontificum nihil novi juris ſanciebant, cum eſſent ad antiquorum canonum normam perſcripta, ut aperte teſtatur Innocentius *Epiſt. ad Victricium Epiſc. Rhotomagenſem*, & Leo magnus de ſuis ac deceſſorum ſuorum loquens decretis ait: *de canonum ſunt promulgata diſciplinis*.

Haec autem non ita capienda sunt, quasi putum merum amplexarentur consilium, seu quae vim obligandi a Leone Magno (1) primum acceperint, aut Gelasio, quod placuit Bohemero citat. Diss. §. 7. not. 10. 22. Decretorum enim pontificiorum auctoritas a primatu Papae omnino descendit, quod & Valentinianus in antea dicta Constitutione agnovit, & jam ante Leonem Gelasiumque Siricius in *Decretis c.* 8. & 15 de sedis Apostolicae statutis ita loquitur, ut loco canonum sint: *quid ab universis post haec Ecclesiis sequendum sit, quid vitandum generali pronuntiatione decernimus* Et: *quamquam sedis Apo-*

(1) Leonis locum ex eius epistola 1. sub fin. desumptum laudat Nicolaus I. Dist. XIX. *c.* 1. *Ne quid vero sit, quod praetermissum a nobis forte credatur, omnia decretalia constituta tam beatae recordationis Innocentii, quam omnium decessorum nostrorum, quae de Ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata sunt disciplinis, ita a vestra dilectione custodiri mandamus, ut si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari.* Gelasius vero c. 3. dist. XV. §. 16. haec habet: *item decretales epistolae, quas beatissimi Papae diversis temporibus ab urbe Roma pro diversorum patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendae sunt.*

Apostolicae vel canonum venerabilia definita nulli ignorare sit liberum. Nec vero quisquam alius, ni fallor, istiusmodi Pontificum Rom. verius tulit judicium, quam Petrus de Marca *lib.* 1. *c. VIII. de Conc. Sac. & Imp.* ubi cum plura de variis rebus Apostolicae sedis recensuisset rescripta, ad extremum totam disputationem sic concludit. *Ex quibus omnibus vel morosissimo cuique liquido constare poterit, Apostolicam Sedem ante Valentiniani rescriptum decretorum suorum per provincias mittendorum auctoritatem tenuisse; quod a Leone, Hilario, Gelasio, & ceteris pontificibus tanto robustius usurpatum fuit, quod existimarent ea convelli non posse, quae & Sacerdotali Ecclesiastica praeceptione fulcirentur & regia, ut Hilarius Papa loquitur in epistola sua ad Galliarum Episcopos*.

Ex istis interim vides, hoc quod exponimus caput inter ea connumerandum mercimonia, quae cerebrosus Mercator ad universae antiquitatis Ecclesiasticae ignominiam confinxerat. Nam aevi prisci pontifices, qua praediti

erant modestia, ad constitutos jam canones responsa sua temperare satagebant. Nec enim inualuerat jam, ut Romani Pontifices edicerent, seu *proprio motu* (uti loqui amant) aliquid novi sancirent. Ubi autem statutum antea legimus, Clericos Episcoporum vitae insidiantes curiae tradi, aut simile quidpiam pati jussos; unde Stephanus hujus capitis auctor id desumpserit, aut certe jus controversum dubiumque protulerit in apricum. Antiquius institutum ostentare non possumus, quam Principum Christianorum leges, unde haec tota impostura consarcinata est; verum de his latius infra dicemus. Illud autem non impune omittemus, primum qui Decreti usurparit vocabulum, quantum possumus ultimam Ecclesiasticarum originum recordari memoriam, fuisse Siricium. Hic enim Liberii Papae statutum de antiquando Concilio Ariminensi, & non tingendis denuo, qui ab Arianis jam erant baptizati, commemorans ait in *Decr.* 3. *quod non licet* (i. e. baptismum ab Arianis collatum iterari) *cum hoc fieri & Apo-*

Apostolus vetet, & canones contradicant, & post cassatum Ariminense concilium missa ad provincias a venerandae memoriae praedecessore meo Liberio generalia decreta prohibeant. Et egregie Parisiensis Archiepiscopus l. I. c. VIII. observat, ideo haec decreta nuncupari generalia, quod non unius Romanae dioeceseos circumscriberentur limitibus, sicuti reliquorum Patriarcharum rescripta suis quaeque dioecesibus continebantur, sed generalia sint, & more constitutionum principalium promulgata. Ii qui deinceps secuti sunt Pontifices, Decretum & Decretales Epistolas passim meminere; ut videre est apud eundem l. c. Eaque ex caussa est quod nemo ne cogitarit quidem ante Dionysium Exiguum decreta Pontificum Romanorum in codicem redigere, ut uberrime demonstrat Bohemerus in laudata Differt. §. V. not. 28. contra Petrum Coustantium. At sexto demum Christi saeculo opus istud fuit desideratum; nam decreta isthaec, quae ab Siricio ortum habuerant, hactenus disjecta, nec in unam adhuc adglutinata syllo-

gen per manus volitabant Episcoporum: *quod hi* (ut ait Bohem. l. c.) *ad quorum consultationem Epistolae missae erant, coëpiscopis eas communicare, vel per synodum in eorum notitiam transferre more antiquo soliti, & ab ipsis Pontificibus, ut eas divulgarent, admoniti*. Hinc plurimi eopte saeculo hanc colligendorum decretorum exornare spartam adlaborarunt . Et ipse Dionysius , qui omnium primus sub eadem tempora rescriptorum pontificiorum composuit syntagma, fatetur in Epist. ad Julianum Presbyterum , *se praeteritorum Sedis Apostolicae praesulum statuta , qua valuerit cura diligentiaque, collegisse , & in quemdam redigentem ordinem titulis distinxisse compositis:* nec tamen Siricio anteriores Decretales Epistolas potuit reperire . quibus quaeso in pluteis (1) tam

(1) Canonista, 'quem semper honoris caussa nomino , immerito carpit Coustantium , quod *Praef. ad litt. Decret.* §. *X. n.* 157. expeditam aperiendae fraudis Isidorianae fuisse viam autumarit . *Hoc enim*, inquit, *pridem in usu habebant Romani veteres illi, ut si cujus vel epistolae, vel decreti fides in dubium veniret, statim ad scrinia tanquam ad idoneum verita-*

tam pretiosissima antiquitatis κειμήλια pessimo publico delitescebant?

At vero, quae nuper edisseruimus, magis ad universam syllogen Isidori Peccatoris pertinent; heic autem habeo nonnulla ad nostrum propositum proxime accedentia, quae luculentissime commonstrant, hanc quam tractamus Decretalem manus esse longe posterioris, quam ut Stephani nomen gerere mereatur. Quid enim est, Isidore, quod Clericum Episcopo suo minus obsequentem in curiam trudi velis servitutum? Atqui, ni vehementissime fallor, idipsum

ritatis testem appellarent; quae in illis extarent scripta, haec haberent pro veris; secus autem pro falsis, aut fallaciae certe suspectis, nisi aliunde certa constaret eorum auctoritas. At vero quod facile compertumque Coustantio est, id noster salebrosum, & propemodum *ἀδύνατον* demonstrat. Nam Siricium ait instituisse primum, ut Romanorum Pontificum epistolae custodirentur in tabulario; id quod auctoritate firmat Anastasii Bibliothecarii in Siricio. Sed excidit ei fortasse Hieronymi locus, qui adversus Rufin. lib. 2. ne ulla subesse posset de epistola quam produxerat suspicio, ad Ecclesiae Rom. provocat scrinium. atqui S. Hieronymus sub Damaso floruit: *si a me fictam*, inquit, *epistolam suspicaris, cur eam in Romanae Ecclesiae chartario non requiris?* Ne quis

sum est. quod moribus aevi prisci, quo floruit Stephanus, imprimis repugnat. Nam qui fieri poterat, ut, cum Apostolus I. *ad Corinthios cap.* 6. (1) Christianos vetet apud Ethnicos obire vadimonium, ne ulla Christiano nomini infligeretur contumelia: Episcopus, cui magis id cavendum fuit, facinorosum traduceret Clericum, publicisque judicibus tamquam noxae dederet? Quantus hinc sodes Christianorum sequeretur contemptus, cum tanto Christianorum flos haberetur despicatui?

Jam

quis autem relinquatur dubitandi locus, ipsius Anastasii verba expendamus aliquantisper: *Hic constitutum fecit de omni Ecclesia, vel contra haereses, & dispersit per universum mundum, ut in omnis Ecclesiae archivio teneantur ob impugnationem contra omnes haereses*. Non is equidem insederat Anastasio sensus, ut epistolas pontificias in archivo Romano primus omnium Siricius jusserit asservari; sed quod a priscis usque saeculis in Ecclesia Rom. viderat usurpatum, id observandum in omnibus Ecclesiis constituerit. Sic accepit & Altaserra verba illa, nisi auguror: *constitutiones*, inquit, *pontificias in archivo omnium Ecclesiarum referri a Siricio statutum, ut omnibus notae essent.*

(1) Ne cui autem errandi cum Bellarmino praebeatur ansa, qui consilium Apostoli produxit usque eo, ut ab omni prorsus parendi magi-

Jam vero ſatis conſtat, nihil aliud auxiſſe magis Chriſtianiſmum, quam partam apud omnes integerrimae vitae opinionem. quae ſane innocentia morum cum in omnibus praefulgebat Chriſtianis, tum mirificentiſſime eam prae ſe clerici ferebant. Huc impius certe Julianus apud Sozomenum *Hiſt. Eccl. V.*15. omne retulit Chriſtianae Religionis incrementum, ut, cum obſoletum ἐλληνισμὸν cuperet inſtaurare, Arſacio Galatiae pontifici propterea ſcripſerit, ut omnes omnino ſacerdotes ethnicos ad noſtrorum clericorum civilitatem conformaret, ac totam Eccleſiae imitaretur πολιτέιαν: *ſed quid eſt cauſſae*, inquit, *cur in hiſce* (plurima enim egerat pro reducendo paganiſmo) *perinde*

magiſtratibus vinculo tum abſolviſſe Corinthios audacter admodum affirmet, in medium afferam ipſius Pauli verba, tum Eſthii Gulielmi ad hunc locum commentarium: *audet*, inquit Apoſtolus, *aliquis veſtrum habens negotium adverſus alterum judicari apud iniquos* (h. e. ethnicos) *& non apud ſanctos* (i. e. Chriſtianos). Eſthius autem ſic: *Dirigitur hic Apoſtoli ſermo contra actorem, cujus in poteſtate erat apud ethnicum judicem agere, vel non agere . . . Peccatum ergo Corinthiorum in eo erat,*

de ac si nihil amplius opus esset, conquiescamus, ac non potius convertamus oculos ad ea, quibus impia Christianorum religio creverit, id est ad benignitatem in peregrinos, ad curam ab illis in mortuis sepeliendis positam, & ad sanctimoniam vitae, quam simulant &c. Nec mihi videtur dissentire Ammianus Marcellinus, licet in Rom. Pontifices scelestе debacchetur; at egregium ceteroqui de Christianis sacerdotibus instituit encomium *lib. XVII: qui esse poterat*

erat, quod cum possent caussam agere apud fideles saltem ut delectos arbitros, mallent apud infideles judices experiri non sine Ethnicorum scandalo, & Christianae religionis injuria. Nam eo pacto vitia Christianorum detegebantur apud infideles, primum diffidia, deinde avaritia, tum injuriae mutuae. Ejusdem generis sunt, quae tradit S. Thomas. Cum enim D. Petrus ab Apostolo discrepare videretur, cum inquit: *subditi estote omni humanae creaturae propter Deum, sive Regi tanquam praecellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis:* eum cum Apostolo sic conciliat. *Dicendum quod Apostolus non prohibeat, quin fideles sub infidelibus principibus constituti eorum judicio compareant, si vocentur; hoc enim esset contra subjectionem, quae debetur principibus; sed prohibet, quod fideles non eligant voluntarie infidelium judicium.* plura vide apud Espen. *P. III. t. 1.*

terant (i. e. Papae) *beati revera* , *si magnitudine urbis despecta* , *quam vitiis opponunt* , *ad imitationem antistitum quorumdam provincialium viverent*, *quos tenuitas edendi potandique parcissime* , *vilitas etiam indumentorum*, *&* *supercilia humum spectantia perpetuo numini* , *ejusque cultoribus ut puros commendant* *&* *verecundos*. Haec auctorum Gentilium (quid enim refert cumulare tot Sanctorum Patrum de eisdem elogia , cum hostes fidei Christianae tanto nostros afficiant honore?) de Clericorum per ea tempora probitate testimonia prohibent eas Clericis infligi consuevisse poenas , quae non dicam ignominiam universo sacerdotum ordini inferrent , sed ullam pravitatis conflarent suscipionem . Quantas enim calumnias per tria praesertim priora saecula subiuerint Christiani , patet ex *ἀπολογουμένοις* ; cum interim *ἀνθρωποφαγίας* , interim incestns insimularentur . Et quid praeterea tam nefarium potuit excogitari , quod non sit Christianis tunc temporis objectum ? Quid si Clericos h. e. Christianorum capita conspexissent

sent ab Episcopis suis infamia notari, vel quapiam turpitudinis inuri nota? Hinc illa ab apostolicis usqne temporibus profecta facinorosos homines ab Clericatu arcendi regula; hinc etiam rigidissima illa eligendorum probatio ortum habuit: cujus rei locupletissimus testis vel unus sit Cyprianus *epist. 68. Episcopus deligatur plebe praesente, quae singulorum vitam plenissime novit, & uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit*. Quare meritissime gloriatur Tertullianus *Apol. c. 39. Praesident apud nos probati quique seniores honorem istum non pretio, sed testimonio adepti*. Adde, quod omnibus tum mysteriis silentii fides adhibebatur, ut haereticos propterea Tertullianus *de Praesc. adver. haer* (nec enim antiquiorem Tertulliano scriptorem facile reperias, qui de disciplina quam vacant arcani meminerit; vid. Bingh. *Orig. Eccl. lib. X. c. 5. §. 3.*) reprehenderit, quod omnia haberent in propatulo: *quis catechumenus*, inquit, *quis fidelis incertum est; pariter audiunt, pariter orant; etiam ethnici si supervenerint, sanctum canibus &* por-

porcis margeritas , licet non veras , ja-ctabunt.

Inter haec porro, quae tanto studio celabantur a patribus recensitam fuisse χειροτονίαν seu manuum impositionem quis ignorat? Hoc nempe caverat nominatim Concilium Laodicenum *can. V. quod non oporteat manuum impositiones* ἐπὶ παρουσία ἀκροωμένων *coram audientibus* (seu catechumenis) *celebrari*. Qui jubent igitur Clericorum ordinationes e conspectu profanorum arceri, ii ordinatos jam prodent, & curiae tradent puniendos? Quid officit magis Ecclesiae utilitatibus non omnino peragi ordinationes coram iis, qui nondum initiati sunt, an obitas jam traduci, & ludibrio ethnicorum exponere? Ergo, inquies, aut tam bonae frugi olim Clerici fuerunt, ut nullo paene obligarentur crimine aut delicta tum relinquebantur impunita; quae duo sunt prorsus incredibilia. Ego vero fateor & extitisse maleficia in antiquo Clericatu, & ea poenis vindicari consuevisse. Primum satis superque evincunt SS. Patrum de quibusdam Cleri-

cis

cis a virtutis semita descisscentibus querimoniae. S. Johannes quidem Chrysostomus *Hom.* 30. *in Act.* expostulat, quod Sacerdotes quidam cum verbi divini praeconiis honestatem vitae non conjungerent, nec vocibus eorum facta responderent: *maius enim*, inquit, *hoc damnum, quando bene quis docet verbis, & operibus doctrinam impugnat: hoc multorum in Ecclesia malorum caussa est*. Verum ne ab illorum testimoniis discedamus, qui Stephano vel aequales, vel suppares vixerunt, prodeat Cyprianus in *de Lapsis*, qui persecutionis fluctus ab Decio excitos majorem partem in Cleri contorquet licentiam: *Dominus*, ait, *probari familiam suam voluit, & quia traditam nobis divinitus disciplinam pax longa corruperat, jacentem fidem, & paene dixerim dormientem censura coelestis erexit; cumque nos peccatis nostris amplius pati mereremur, clementissimus Dominus sic cuncta moderatus est, ut hoc omne, quod gestum est, exploratio potius, quam persequutio videretur. Studebant augendo patrimonio singuli &c. Non in sacerdotibus*

tibus religio devota, non in ministris fides integra, non in operibus misericordia, non in moribus disciplina. Corrupta barba in viris, in feminis forma fucata &c. Episcopi plurimi, quos & hortamento esse oportet ceteris & exemplo, divina procuratione contempta, procuratores rerum saecularium fieri; derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas provincias oberrantes negotiationis quaestuosae nundinas aucupari; esurientibus in Ecclesia fratribus non subvenire; habere argentum largiter velle, fundos insidiosis fraudibus rapere, usuris multiplicantibus foenus augere &c. Quae cum ita se habeant, si Clericus (hoc enim alterum, poenas videl. delictis Ecclesiasticis inuri solitas, proposuimus nobis) Episcopo suo quodammodo incommodasset, qui tum hujus retundebatur superbia, atque in officio continebatur? Haec diligentius disquirenda sunt, ideoque in subjecta capita rejiciemus.

C A P. II.

De Pontificia omnium Gentium Jurisdictione. Sacerdotes olim iidem, qui Reges. Num apud Romanos Pontifices praefuerint jurisdictioni. Assamonaeorum principatus.

Antequam definiam, qualis & quanta sit Ecclesiastica Jurisdictio: quae profecto nobis iter explanabunt ad ea, quae de delictis & poenis ecclesiasticis sum commentaturus: e re futurum censeo paucula de veteri tam ethnicorum Pontificum, quam hebraeorum jure praemittere, ex quibus mirifica luce perfundantur ea omnia, quae de Pontificibus Christianis mox adlinam. Exordiemur autem ab heroicorum temporum Sacerdotibus, quos non humanarum modo legum, sed & religionum gessisse curam manifestum fit ex Aristotele *lib. III.* *πολιτ.* *c.* 14. *κυριοιδὲ ἦσαν* (de Regibus aetatis aureae verba sunt haec) *τῆστε κατὰ πόλεμον ἡγεμονίας, καὶ τῶν θυσιῶν, ὅσαι*

μη

μη ἱερατικαὶ sub eorum auspiciis gerebantur bella, & iidem curabant etiam sacra, quotquot Sacerdotibus concredita non essent. Eadem plane Cicero inculcat in *de Divin.* I. 40: *omnino*, inquit, *apud veteres qui rerum potiebantur, iidem auguria tenebant, ut testis est nostra civitas, in qua & reges, & augures, & postea privati eodem Sacerdotio praediti Remp. Religionum auctoritate rexerunt.* Idemque Norisius de Comanorum Pontifice jactitat in *Cenot. Pisan.*, & morem antiquissimum ad seram usque provehit Romanorum aetatem. loquens enim de Archelao, quem Sacerdotem Bellonae Comanorumque Principem Pompejus renunciavit, haec uncis inclusit: *utraque enim dignitas uni eidemque conferebatur.* Eum autem meritissimo reprehendit Petrus Bayle in artic. *Comane* inquiens: je croi bien que Pompée confera ces deux caracteres tout à la fois à Archelaus, mais *non sic erat ab initio.* Equidem Strabo *lib. XII.* & *Hirtius de Bel. Alex.* testantur apertissime, quod hic Bellonae Sacerdos & vetustis-

simi templi religione, & ejus deae majestate, imperio & potentia secundus a Rege consensu gentis illius haberetur (1). Nimirum olim curandarum religionum munus adeo regium existimatum tradit Aristoteles ibidem, ut abolitis etiam regnis illis sacrorum tamen procuratio in quibusdam Graeciae civitatibus vel una manserit apud Reges. Insignem hinc lucem capit Strabo, cum *lib. XIV.* de posteris Androcli

(1) Jam vero sicuti Reges olim sacra procurarunt, ita contra Sacerdotes aliquando rerum potitos invenio. Memoratu enim dignum est, quod refert Strabo *lib. XVII*: *Antiquitus in Meroë summa potestas fuit penes Sacerdotes, tantaq. auctoritas, ut nonnumquam misso nuntio mortem Regi imperarent, & ei alium sufficerent: postmodo Rex quidam consuetudinem hanc abolevit cum manu armata in fanum irruens, ubi aureum sacellum erat, & sacerdotes omnes jugulans*. Nec illud silebo, ipsis quandoque magistratibus sacrorum commissam administrationem. Nam idem Aristoteles *lib.* VI. *c. ult. de Rep.* varia magistratuum injiciens munia, meminit earum quoque rerum curationes, quae ad religiones pertinent; qualia sunt aedes sacras sartas tectas tueri, reficere labentes, novasq. a fundamentis excitare, & id genus alia. *Evenit autem*, inquit, *ut haec curatio alicubi sit una*, *ut*

cli verba faciens Ephesi conditoris, eos scribit, postquam excidissent regno, retinuisse tamen quaedam honoris insignia, προεδρίαν in spectandis ludis, purpuramque, & curasse praeterea sacra Cereris Eleusiniae. Atque ii quidem sunt, quos omni exutos jure praeter sacrorum curam Graeci scilicet ἀνακτοτελεστὰς & βασιλεῖς ἱερέας, Romani vero *Reges Sacrificulos* nuncuparunt. Retentum est enim Regium nomen ὁσίης ἕνεκα (dicis caussa) ut ait Dionysius *lib. IV.* Jam vero Clemens Alexandrinus (1) ad suam usque aetatem apud plerosque barbaros perdurasse vetus institutum testatur, ut qui Reges es-

ut in parvis civitatibus; alicubi vero multae, & a sacerdotio separatae : Mox : *huic proxima ea curatio est, quae ad sacrificia publica excepta & servata est : ea dico, quae non sacerdotibus a lege assignantur, sed iis, qui hunc honorem* ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας *a communi lare consequuntur*. Romanorum porro aediles, & sacrificia magistratuum, ita ut *immolandi* verbum iis dumtaxat tribui a scriptoribus advertat egregie Brissonius in *de Form. lib.I.*, notiora sunt, quam ut longo prosequamur sermone.

(1) Ὅπερ ἔτι καὶ νῦν παρὰ τοῖς λογιωτάτοις τῶν βαρβάρων σώζεται, τὸ ἱερατικὸν γένος εἰς βασιλειαν προσαγόντων.

essent, iidem fungerentur & Sacerdotio. Et patrum memoria (nam hodie obsolevisse morem hunc narrant itineraria) servabatur apud barbaros idem institutum in insula Japan, ut penes Imperatorem esset humanarum rerum ac Divinarum simul arbitrium. Nec praetermittam egregium illum Synesii Ptolemaidis Episcopi ethnicos inter & Christianos Sacerdotes *παραλληλισμόν*, quo tributam illis ait summam rerum omnium potestatem, seu (Strabonis enim verbis utar) *ἐξουσίαν αὐτοτελῆν* ; propterea quod iidem Sacerdotes erant, qui Reges: his vero, quod jam utriusque muneris (1) multo ante Christianismum tempore factum sit divortium, nihil

(1) Audebunt etiamnum homines fastidiosissimi (quos omnium quidem bonarum artium exacuit inscitia) effutire convicia in utramq. potestatem, cum hanc vel illam in alterius jura conquerantur insilire, aut eas comparant odiosissime? Advertant tandem animum ad illud S. Hieronymi: *aliud Papinianus, aliud Paulus noster docet* : reputent etiam Salomonis dictum : *terminos ac fines proximi tui non commutabis, quos patres tui praestituerunt*. Qui porro sint isti termini, non obscure definivit Nicolaus I. *ep.* VIII. *ad Michaelem Imp.*

nihil aliud praeter λειτουργίαν aſſignat. Pulcherrimum ejus locum exſcribere non pigebit, quo ſatis importunorum hominum fiat injuſtis ſive querelis ſive effrenàto dominandi cupidini, cum labefactatam quaſi memoria noſtra Juriſdictionem Eccleſiaſticam inique deflent. Scilicet antiquos mores, cum duobus illa conſtabat officiis *orandi baptizandique*, vel prorſus ignorant, vel obliti paene jam ſunt. Nec Principum reverentur bonitatem, an patientiam? qui aequo interim ferunt animo, ut Eccleſiaſtici viri ad ordinis totius con-

Imp: *ſed cum ad verum ventum eſt* (demonſtravit enim huc uſq. conjunctum olim Sacerdotium & imperium, exemplo Regis Salem Melchiſedechi producto, & Imperatorum Romanorum) *eundem Regem atque Pontificem, ultra ſibi nec Imperator jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen imperatorium uſurpavit. Quoniam idem mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus ſic actibus propriis & dignitatibus diſtinctis officia utriuſq. diſcrevit, ut & Chriſtiani Imperatores pro aeterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu rerum temporalium tantummodo imperialibus legibus uterentur*. Haec nono Chriſti ſaeculo Nicolaus Papa. quid? poſt diſtractum acciſumque Romanorum Imperium non-

temptum quandoque pudoris, quem Apostolis Christus in Evangelio maximo commendavit opere, limites impune praetergrediantur. Excipiant, nisi molestum est, Synesium V. saeculi Episcopum ita de Jurisdictione Ecclesiastica loquentem *Epist.* 121: *Etenim si Reip. penes Episcopos esset administratio, eosdem ipsos oporteret nequitiae esse vindices: quandoquidem publicus gladius non minus, quam lustralis aqua* (χέρνιβα; hodie Graeci vocant ἁγιασμὸν) *quae in templorum vestibulis collocatur, civitatis est piaculum* (καθαρτήριον). *Nam & Aegyptii, & Hebraeorum genus longo tempore sub Sa*-
cer-

nonne idem sentiendum? Atq. optimo quidem jure Franciscus Pinssonius Advocatus Parisiensis perstrinxit Petrum de Marca, quod post arrestum Parlamenti Parisiensis ejusmodi comparata omnino vetantis Ecclesiasticam potestatem cum sole contenderit, & cum luna civilem. Imitatus hic quidem est Innocen. III. qui & ipse Berengosium Abbatem secutus erat, cujus verba profert de Marca *l.* 11. *de Conc. c.* 1. At ne tanto viro injurius siam, advocatum ei dabo Stephanum Baluzium, qui caussam ejus sic dixit: *damnata fuit comparatio illa propter argumenta & consequentias, quae inde peti ac deduci possunt. Immo si recte loqui volumus,*
com-

cerdotum fuerunt ditione (ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐβασιλεύθησαν) . *Sed posteaquam utriusque vitae factum est divortium*, & *alia sacris* , & *alia principatui est attributa* , *aliique negotiis gerendis* , *nos fun-*

comparatio illa damnata non fuit , *sed thesis in Aurelianensi academia publice proposita a Johanne Jourdino* , *qui verbis Innocentii III. perperam detortis abusus erat adversus sacram Regum ac Principum auctoritatem*, *reos eximere conatus jurisdictioni magistratus civilis etiam in casu privilegiato*. Sane vir doctissimus interfatur de spiritalium rerum praestantia , quibus dumtaxat praesunt jure suo Ecclesiastici. Haud dubie Gregorius Nazianzenus *Orat.*17. tum ei obversabatur , qui duo in Ecclesia constabilivit imperia : unum Regibus concreditum , quibus ut heris servi , ut maritis uxores, ut Ecclesia Christo parendum est ab omnibus , & vectigalia pensitanda *non solum propter iram* , *sed etiam propter conscientiam* , teste Apostolo : alterum Episcopis commissum , & eo quidem praestantius , quo magis animus excellit corpori , & humanis divina . Nec frustra futurus sum , si verba viri summi depromam ; ait enim Innocentium duxisse παραλληλίαν ab sole & luna , *ut significaret tanta dignitate res spirituales praestare temporalibus* , *quanta sol lunae* , & *dies nocti praecellit*. Hinc ex Berengosio obseruat , vim comparationis esse in eo , quod haec duo sidera ceteris videantur *principari* ; sic enim loquitur Abbas . Sumptum autem id omne ex

fundendis precibus praepositi sumus; quibus lex vetat manum ad jura legesque porrigere, & vel sceleratissimum interficere.

Jam

ex veterum Astrologorum placitis, qui solem & lunam docebant in ceteris dominari. διατακτικοὶ ὥσπερ ἡγεμόνες εἰσὶ τῶν ἄλλων; inquit Ptolemaeus. Ceterum utriusq. potestatis limites stabilivit appositissime ex Osio Cordubensi (ut alios innumeros taceam) apud Athan. *epist. ad solit. vitam agentes: Tibi Deus* (Constantinum alloquitur) *imperium commisit* (βασιλεύειν ἐνεχείρισεν) *nobis quae sunt Ecclesiae concredidit* (τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐπίστευεν) Jure itaq. meritoq. in fratrem Baronem invehitur Launoius *lib.* VI. *Epist.* XIV. *ad. Ludovicum Maraesium* scribens: *At si sequi me dignaretur Baro quocumq. eo, mecum haereret in epistola ad Franciscum Bonum. In ea epistola observaret*

tria. Primum est, me ex verae Theologiae principiis duobus, Scripturae auctoritate & Catholicae Ecelesiae traditione demonstrare, alio modo Christi Ecclesiam, alio modo Regna & Principatus saeculares gubernari; alterum, eos qui hoc negarent seditiosis usuros esse argumentis, quae de coenosis fontibus Aristotelis haurirentur, sicq. Christianae Ecclesiae rectionem turbaturos, ut illius fidem Ariani quondam turbarunt; tertium, Baronem loquenti apud Matthaeum, Marcum, & Lucam Domino se opponere, & contra eum dicere. Nam Dominus ait: Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic. *At Baro scribit, eodem gradu summos Pontifices Ecclesiae, quo Re-*

ges

Jam vero, ut institutum sermonem transigamus, Romani Graecos in plerisque rebus ne dicam omnibus imitati sacrorum procurationem commisere regibus. Unde & ipsi gesserunt auguratum, & postea privati (1) religionum auctoritate Remp. rexerunt, uti apparet ex allato nuper Ciceronis loco. Quin & Nu-

ges regnis suis praeesse... quae in Aristotelio Barone perversitas? Mox profert Cajetani commentarium in 20. Matthaei & alterum in 22. Lucae; nos ex utroq. nitidiora deflorabimus: *reprimit ambitionem ex differentia inter principatum mundadum & Ecclesiasticum penes hoc, quod finis Regum est dominari: qui magni sunt ordinant celsitudinem suam ad usum potestatis h. e. ad praecipiendum, ad compellendum. Non sic erit inter vos: ordinat Jesus principatum & majoritatem suam in Ecclesia sua definiendo & statuendo, non sic erit inter vos, principatus vester non erit ad dominandum, praecipiendum, cogendum &c.*

(1) Quid heic sibi Cicero velit, incertus haereo, nec ad manus habeo optimos illos Ciceronis interpretes. Tentando autem experiar, an conjectura quid possim. Putaverim igitur Cic. ostentare voluisse M. Papirium, qui post plebis in Aventinum secessionem, cum xuiri se magistratu abdicassent, creandis tribunis plebeis praefuit comitiis. Verum id non egit jure suo, sed mandata jurisdictione, seu non ordinario jure, ut ajunt, at delegato; ad id

& Numa Pompilius omnium ea tempestate religiosissimus non modo plurima ipse sacra obire solitus, quae postmodum pertinuerunt ad Flaminem Dialem; sed & commentarios edidisse ferunt de rebus divinis. At stante Rep. nondum ab Imperatoribus Pontificatu Maximo suscepto (quem ad omne jus *αὐτοκρατορίας* implendum Augustum iisse

id enim conditum fuit S. C. vid. Liv. *lib.* 3. Eo facit *privati* vox, quam heic usurpat Cicero, & idem alibi, si probe memini, non alio quam privatorum cognomine designat Pontifices maximos, ut P. Scaevolam. in *Catilinariis*. Ergo pontifices non praeerant jurisdictioni, quae cum Magistratibus ita cohaeret, ut extra eos esse nequeat. Unum excipito judicem ad aliquam caussam a principe datum, penes quem jurisdictio est, etiam si privatus sit. Id quod summae principum dignitati tributum, ut qui supra jurisdictionem est & magistratus omnes, judex etiam ab eo datus major sit in ea caussa, quam quilibet magistratus. vid. Scip. Gentil. *lib. II. de Jurisd. c.* 3. & alibi. neq. obest Cic. in exordio Orationis *pro domo*, ubi laudat instituta majorum, quod Pontifices *eosdem & religionibus deorum immortalium & summae Reip. praeesse voluerunt*. Nam id loquitur Cic. propterea quod Pontifex nemo diligeretur, qui simul senator non esset. Infra enim: *consilium majorum in amplissimis viris ad sacerdotia diligendis*.

iisse primum, nec Christianos (1) ipsos Imperatores tantam memorant *ἀσέβειαν* ab se removisse: neque tamen facile concesserim Seldeno in *de Syned. vet. Heb. c.* 10., quantamcumque tandem Episcopi jurisdictionem acceperint a Constantino, totam esse a Pontificatu quem obibat repetendam, quemadmodum Claudius tanquam Pontifex Maximus ut legibus uterentur suis Judaeis indulserit. an odiosius quid dici poterat? num ad id summi Principis Imperium videbatur parum?) Sed florente Rep. nunquam Pontifices ju-

(1) Janus Gravina *lib. sing. de Rom. Imp.* c.VII. morem, quo pontificatum auspicabantur Imperatores, elegantissime describit: *quam sacrorum potestatem suscepto amictu pontificio exprimere oportebat: ideoque haud facile a Zosimo dissenserim, qui refert, potestatem simul hanc & insigne illius praelatum fuisse ab imperatoribus etiam Christianis usq. ad Gratianum, qui primus egregio pietatis exemplo recusato amictu pontificio exteriorem quoque faciem hujus superstitiosi muneris a se avertit; utcumq. Gothofredus junior, & cum recentioribus aliis eruditorum Tillemontius contra Zosimum pugnent*. At fallit animus Gravinam, & eos magis, qui putaverunt jam a Constantino, ubi militiae Christianae nomen dedit,

juridicundo praefuerunt, quod vi quidem Magistratus competit. Jus enim dicere duo complectitur & judicare & judicem alium dare. Num igitur ejusmodi officium Pontificibus attributum in-

dit, refutatum pontificatum: inter quos Baronius, cum in Martyrologio ad 22. *Augusti* adnotasset *heic insigniter mentitum* Zosimum, palinodiam deinde ad *an. Christi* 312. canere coactus est. Et quidem* in antiquis marmoribus Gratianus inscribitur Pont. Max., Ausoniusq. post prima Gratiani decennalia eumpte titulum ei tribuit in gratiarum actione de consulatu: *unus in ore omnium Gratianus, potestate imperator, virtute victor, augustus sanctitate, pontifex religione, indulgentia pater, aetate filius, pietate utrumque superat*. Mox nominatim Pontificis Max. cognomen indit. Servius praeterea Honoratus, quem Macrobio aequalem vixisse censent viri docti, quadraginta circiter annis ab obitu Gratiani mores aevi sui designans ad illud Virg. Aen. 3. *Rex Anius, Rex idem hominum Phoebiq. Sacerdos*. ait: *sane majorum haec erat consuetudo, ut Rex esset etiam Sacerdos, vel Pontifex. Unde hodieq. Imperatores dicimus Pontifices*. Ex his vide, etiam tum sub Honorio Theodosioq. gestatum ab Imperatoribus pontificatum. Ergo splendidissimum illud erit Zosimi mendacium? Ego vero non ausim damnare falsi, sed adulterii potius arcessam. Cum enim is legisset in Eunapio fortasse (quem exscripsit, teste Photio *Biblioth. Cod.* 98.) reje-

invenitur? at contra Ciceronis lex Praetoribus delegat: *Juris disceptator, qui privata judicet judicarive jubeat, praetor esto.* Vides interim, quid intersit discriminis inter *privata judicare*, & *privatis praeesse*, quod postremum Pontificum Collegio assignat Pomponius *in l. 2. D. de Orig. Jur.* adisis Brisson. *lib. I. Antiq. Selec. c.* 20. ubi monitum volo, cl. Ictum, cum *praeesse privatis* interpretatur *juridicundo praeesse*, *actionesque & judicia dare*, haec omnia accipere promiscua, ut eum injuria reprehendat Albertus Trekel, quod *judicia dare* cum sit magistratuum, attribuerit Pontificibus. Saepius enim judicia pro ipsis actionibus usurpari scitissimum est. Hae porro legis actiones, stati videlicet ritus, sollemnesque ex legibus XII. Hab.

jecisse Gratianum *ἱερατικὴν στολὴν* a Sacerdotibus de more praelatam sibi, *ἀθέμιτον* (*nefas*) esse inquientem Christianum Principem profanum insigne gerere, suopte finxit ingenio statim ab initio imperii pontificium amictum induisse principes. Deinde quid vetat dicere, stolam Pontificiam a se amovisse Gratianum, non honorem ipsum, vel titulum, quem gestavit ipse, & qui eum in principatu excepere.

Tab. descendentes actus, ante Flavium Ap. Claudii scribam qui eas publicavit, cum delitescerent in Pontificum penetralibus, ab iis propterea petebantur .. Nec tamen iverim inficias improprie locutum Brissonium, cum verba Pomponii *praeesse privatis* reddiderit per haec totidem *juridicundo praeesse*; cum hoc magistratus spectarit; illud autem Pontifices. *vid.pag.16. in fin.*Hinc Cic. etiam in Agrar. & alibi magistratus distinguit a sacerdotibus, imperiis, curationibus: nam & curare Remp. dicuntur, qui munus aliquod in Rep. gerunt, etiamsi magistratu non fungantur. Ad haec sive legis, sive litis actiones (sequor enim Gentilem, qui *lib.I. de Jurisd. c.* 34. legis actiones tantum de jurisdictione voluntaria dici depromptis ex Jure quamplurimis locis ostendit: alterum autem jurisdictionis genus h. e. contentiosae id esse contendit, quod Cicero vocat litis actiones; vide etiam Briss. *Antiq. Selec. lib. IV. c.* 20.) omne genus inquam actiones expediebantur apud magistratum; cum actus interim legitimi (nam hoc inter utrumque inte-

tererat) & extra jus , & ſine magiſtratu peragerentur . Eapropter cum is juriſdictionem haberet , apud quem eſſet legis actio argumento ducto ex leg. 3. de offic. Proconſul. , jura magiſtratus impartiviſſe Aegypti praeſidibus Auguſtum, cum apud eos agi lege permittit, apparet ex Tacito *Annal.XII: D.Auguſtus apud equeſtres, qui Aegypto praeſiderent , lege agi decretaque eorum perinde haberi juſſerat , ac ſi magiſtratus Romani conſtituiſſent* . Ergo cum agerent privati Pontifices , nec ullam explicuiſſe juriſdictionem cenſendi ſunt , quae magiſtratibus, praeterea nemini, jure proprio inhaerebat . Nam qui poſſum in Seldeni l. c. diſcedere ſententiam , qui duplex in Pontificibus agnovit officium dupliceſque partes , & *juriſdictionem circa ſacra cum imperio*, ut ipſemet loquitur, & *ſacram in cultu functionem :* primum ait imperatores una cum Pontificatu Maximo adrogaſſe ſibi, alterum Pontificum collegio reliquiſſe. Quoniam autem haec nullo veterum nituntur teſtimonio , ſatis ipſa per ſe ſe corruunt . Nam is imperatoribus in

 aſ-

affumendo Pontificatu fuit animus, quem aperit Dion *lib.* 53. ut quam defperabant tuto retenturos nactam poteftatem, eam obfirmarent etiam divinarum rerum auctoritate. At enim dices, decreta condebant Pontifices, & facrorum cauffas cognofcebant, ut oftendit Ciceronis oratio *pro domo*. Quid vero? num exfequebantur fententiam a fe latam, vel civili faltem ufi funt coërcitione, fine qua jurifdictio vento levior eft; vide Scip. Gentil. *l. I. de Jurifdic. c.* 1. *&* 5. vereor igitur, ne fimplicem tantum habuerint notionem.

Venio nunc ad Pontificem Maximum Hebraeorum, ejufque collegas, quos ex primaeva eorumdem inftitutione (1) nullam habuiffe jurifdictionem eru-

(1) Ethnici tamen fcriptores facrarum originum imperitiffimi ftatim ab initio praefuiffe rebus facerdotes fcriptitarunt. Producitur a Diodoro Siculo (apud Photium *Bib.Cod.* 144.) Hecataei Milefii de hac re teftimonium: *Eofdem vero* (facerdotes) *τῶν μεγίστων κρισίων maximarum cauffarum, judices conftituit* (nempe Mofes), *atq. eis legem & morum cuftodiam commifit: adeoq. Regem Judaeis non confti-*

eruditiſſimi homines perſuaſiſſimum habent. At Scipio Gentilis *lib. III. de Juriſd. c.* 13. cum Pontificum Colle-

ſtituit, ſed imperium populi dari cenſuit ei, qui prudentia & virtute inter ſacerdotes aliis praeſtare videretur; hunc ſummum pontificem appellant &c. Floruit autem Hecataeus hic paullo ante ſolutam Babylonicam ſervitutem, cum Hebraei patriam cogitantes ἱερατικὴν πολιτείαν affectabant. Unde Hecataeus facile ſibi perſuaſit, vetus id fuiſſe inſtitutum, & jam inde a Moſe profectum. Quid ſi pro Mileſio legatur Abderites, quem Alexandro cooevum de rebus Judaicis ſcripſiſſe tradit Joſephus aliiq. Nam, praeter quam quod dubitetur ab eruditis, num hujus ſcriptiones ſint genuinae; pro vetuſtis moribus potuit venditare, quod aevo ſuo viderat factitatum apud Hebraeos. Idem eſto judicium de Trogo Pompejo, qui ſub ultima vixit Aſſamonaeorum tempora. Unde & ex eo Juſtinus: *poſt Moſem etiam filius ejus Aruas* (Arnas legendum; is eſt Aaron frater, non filius Moſis; Grotius de verit. Chriſ. Relig. p.59. edit. Londin.) *Sacerdos ſacris Aegyptiis, mox Rex creatur; ſemper exinde hic mos apud Judaeos fuit, ut eoſdem Reges & ſacerdotes haberent.* At quid dicam de ſcriptoribus Judaeis, vel Chriſtianis? In hanc quidem ſententiam laudant Joſephum *lib. II. contra Appion: Apud hos autem & legis & aliorum ſtudiorum* (ἐπιτηδευμάτων) *cura fuit ſumma: inſpectores enim rerum omnium, atq. judices dubiorum, & punitores damnatorum conſtituti ſunt ſacerdotes.*

gium & συνέδριον pro uno eodemque habeat, jus gladii fuiffe ftatuit temporibus Chrifti penes Reges, vel tetrarchas a Romanis impofitos, vel Caefaris tandem procuratores (cujufmodi Pontius Pilatus); modicam autem Synedrio permittit coërcitionem prehenfionemque in rebus tantummodo religionis. Nihil verius afferri potuit, modo fynedrium ex unis Sacerdotibus (1) conflatum non crediiffet; nam συ-

tes. Verum potificiarum partium (ejus quippe ordinis homo) nimium quantum hic ftudiofiffimus. Gregorius autem Papa *cap. facerdotibus c. XI. q. 1.* eo videtur inclinare, cum Dei, & Angelorum nomen judicibus omnibus in facris litteris tributum nnis facerdotibus applicat. ac tamen fic vocantur Judices, ut qui divina vice judicia legis exerceant; adifis Grotium *Adnot. in Exod.cap.*21. *&* 22.

(1) Ambigua quaedam fcripturarum loca male interpretantibus innatus eft error, Synedrium e folis facerdotibus lectum. Inftar omnium fit *Deut. cap. XVII.* 8. *& feqq: fi difficile & ambiguum apud te judicium effe perfpexeris... furge & afcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus; veniefq. ad facerdotem Levitici generis, & ad judicem, qui fuerit illo tempore; quaerefq. ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem ... qui autem fuperbierit nolens obe-*

συνέδριον, Sacerdotes, & Pontifices Synonyma sunt apud ipsum. Verum transversos egit Gentilem, & non paucos alios ea persuasio, cum in Synedrium cunctis proceribus e quacumque demum

 tri-

obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto judicis, morietur homo ille. Mirari autem subit, Bellarminum, quem hebraice scisse norunt omnes, in *De Verbo Dei lib. III. c.* 4. in isto Deuteronomii capite *judicem* exponere Pontificem Maximum, ut totus hic locus de Sacerdotibus, & ipsorum principe sit capiendus. Verum ut taceam, quod fuimet Bellarminus immemor mox *judicem politicum* reddat, & quod hujusce senatus princeps נשיא vocabatur non שפט: quae notio *judici* sit heic tribuenda, Grotii commentarius, quem mox lubenter dabimus, planum faciet. Illud autem nec felicius assecutus est Bellarminus, cum tam l. c. quam in *De Rom. Pontif. lib.* IV. *c.* I. e postremis hujus Deut. loci verbis eruit, *sacerdotum fuisse sententiam definitivam, at judicis politici executionem*. Sic enim proponit ea verba, ut *ex decreto judicis* legendum sit. At nil minus sonant hebraica, quae habent: *& noluerit audire* הכהן *sacerdotem, qui stat coram Domino Deo tuo ut ibi ministret,* או אל השופט *aut judicem, morietur vir ille*. In Hebraico igitur fonte nihil ejusmodi occurrit, quod *imperio*, vel *decreto* respondeat. At videamus tandem, num inde solos sacerdotes in synedrium adlectos existat?

tribu ortum habentibus pateret aditus. Itaque Seldenus *lib. II. c.* 8. §. 2. *&* 3. & alibi eorum sententiam eruditissime difflavit, qui sic existimant. Proferam tamen in medium Cunaei *lib. I. de Rep. Hebraeor. c.* 12. verba, unde & Sy-

sistat? Quis autem magis audiri dignus, quam Grotius, qui pluribus in *Mat.* v. 22. hunc Deutor. locum illustrat; nos quae opportuniora videbuntur delibabimus: *Eorum autem verborum, quae leguntur* Deut. 17. v. 8. *haec videtur esse sententia. Cum sacerdotes opimo fruentes otio omnibus sapientiae partibus praeter ceteros operam darent, aequum erat ex horum numero aliquam multos allegi in ordinem illum* (synedrium intelligit) *cui jam suprema etiam judicia credita fuisse dicimus; quamquam neminem fuisse, qui originis dignitate eum locum sibi posset vindicare, scripsit Maimonides* (cujus locum vide apud Seldenum de syned. l. II. 8.); *atque adeo ne pontificem quidem Maximum eo adlectum, nisi de sapientia ipsius probe constaret.* Inferius autem sic: *quod ergo dicitur* Deut. 17. 9. *adibis sacerdotes & suffetem* (ita reddit scitissime vocem illam השופט, quam *judicem* Vulgata transtulit. Atqui apud Poenos Consulem vocitari suffetem moris fuit) *explicandum est ex v.* 12. sacerdoti vel suffeti: *nam in hebraismo non minus quam in linguis omnibus receptum est, ut conjunctiva vim habeat disjungendi. Neque vero alia fuerunt judicia sacerdotalia, alia senatus . . . sed si quid*

Synedrii hujus auctoritas appareat, & personae, quas in illud cooptari moris fuit: *Concilii magni sedes in ipso sanctuario fuit, ubi de divinis humanisque rebus* (1) *Senatores Septuaginta cognoscerent, non hercle de plebe hominum*

quid controversi incidisset de homicidio, de lite, de vulnere, jubentur adire sacerdotes, aut suffetes &c.

(1) Ingens in omni paene negotio synedrii fuit auctoritas. Fateor equidem post creatos Reges ad hos transiisse rerum summam, ut egregie adnotat S. Ambrosius ad illud Psalmi: tibi soli peccavi: *Rex erat, nullis ipse legibus tenebatur, quia liberi sunt Reges a vinculis delictorum; neq. enim ullis ad poenam vocantur legibus, tuti imperii potestate. homini ergo non peccavit, cui non tenebatur obnoxius*. Quaedam tamen judicia capitalia, ut de tribu, de pontifice, de propheta ad synedrium pertinebant. Argumento sit Jeremiae prophetae historia *Jerem.* 38. quem proceribus ad mortem deposcentibus respondit Rex: *Ecce in potestate vestra est, nam contra vos Rex nihil potest*. Vid. Grot. in *Mat.* v. *& lib.* I. *de Jure Bel. & Pac. cap.* 3. *xx.* 3. Quare tota aberrat via Scipio Gentilis l. c. cum το ἀυτεξούσιον, vel antequam in provinciae Romanae formulam Judaea redacta sit, aufert synedrio. Nam non inficior, post id temporis non modo Synedrium, sed & totam gentem Judaicam, si ἀυτονομίαν excipias, quam eis facile donarunt Romani, impleto jam carmine Iacobeo omnibus prorsum juribus excidisse.

num lecti , sed nobilissimi omnes , qui amplitudinem majorum , ac priscae familiae decora praeferebant . . . ab his provocatio non erat ; quidquid decidere ceteri magistratus judicesque in Palaestinae oppidis , atque in ipsa urbe Hierosolyma nequibant , id omne ad horum jurisdictionem pertinuit . Hinc egregie confutat Huetius *in Demon. Evang. Prop. IX.* §. 3. qui Jacobeum de adventu Divini Verbi carmen interpretantur de Synedrio, quod σύνεδροι (*adsessores*) habuerint τὸ αὐτεξούσιον, neque ab eis defecerit summa rerum potestas nisi sub Christi tempora : & adlecti porro eo fuerint Judae soli tribules . At hoc erat probandum , cum & Senatus Principem ipsum (qui vocitatur a Thalmudicis נשיא בכל מקום *Princeps in omni loco*) e quavis tribu cooptari potuisse constet . Quod & iis objiciendum est , qui Synedrii principatum obitinuisse Pontificem Maximum existimant , cum & Moses , & Josua , & alii quam plurimi non Sacerdotes ei praefuerint : nec Assamonaei ipsi tanquam Pontificatum Maximum geren-

rentes, sed quia summae rerum praesidebant, duxerunt Synedrium; vide Seldenum *lib. II. de Syned. c.* 15. §. 14. *& cap. seq.* Ergo aliena nobis sunt ea omnia, quae Gentilis de Synedrii sive jurisdictione sive civili coërcitione disputat. Quaerendum enim nobis est, num quando Sacerdotes, ad summum Pontifex Maximus αὐτοκρατορία potiti sint, vel ordinaria quaepiam eis contigerit jurisdictio. At novi equidem, qui δικαστήρια (consessus juridicos) quaedam propria sacerdotum admittant ab reliquis sejuncta Synedriis, ubi sacrorum dumtaxat agitarentur caussae; ut hodie sunt apud nos Ecclesiastica Tribunalia a Saecularibus dissita & separata. Sed optime Seldenus l. c. doctrinae Thalmudicae, & ipsi rei contrarium id pronunciat (1). Restat igitur vi-

(1) Duum profecto generum tribunalia videtur distinguere Philonis interpres Regium unum, alterum Pontificium. Sic enim apud eum latine loquitur Philo *lib. de Creatione Principis: Quoties igitur non satis caussas perspiciet* (Rex) *propter perplexitatem earum & caliginem, recuset officium judicis, & litigatores ad accuratius tribunal ableget: id vero*

videndum, num summam aliquando potestatem, quam vocant *jus gladii*, exercuerint Israelitici Sacerdotes. Verum heic mihi haeret aqua; cum viris enim maxumi nominis digladiandum. Quid enim facias illis, qui sceptrum a Judae nepotibus ad Christi usque natalem diem cessasse numquam tan-

to non aliud fuerit, quam sacerdotum atq. pontificis. At ab hujusmodi sententia prorsum abhorrent graeca, quae ita: *recuset τὰς κρίσεις ipsa judicia*, & *dimittat πρὸς ἀκριβεστέρους δικαστὰς ad accuratiores judices: οὗτοι δὲ τινες ἂν εἶεν, ἢ ἱερεῖς καὶ ὁ τῶν ἱερέων ἔξαρχος ἡγεμών hi autem quinam fuerint, quam sacerdotes & sacerdotum princeps?* Cur autem in implexis abstrusisq. caussis suam Rex debeat sacerdotibus mandare jurisdictionem, mox infert: *nam legitimi cultores Dei mente pollent plurimum, qui ne levia quidem errata negligunt propter excellentiam summi Regis, in cujus versantur obsequiis*. At magis negotium facessit locus Deut. xx. 5. ubi de cadavere invento agitur, cujus caedis auctor ignoretur. Huic sane judicio praeter civitatis (in cujus vicinia cadaver repertum est) seniores & judices adesse jubentur etiam sacerdotes, de quibus scriptum extat: *ad verbum eorum, omne negotium, & quidquid mundum vel immundum est judicetur*. Inde D. Thomas in *Sent.* 4. *dist.* 19. *q.* 1. *art.* 2. colligit: *Sacerdotes habuisse potentiam judicandi de dignitate &*

tanquam pro aris focisque dimicant? Quod si verum est, qui Pontifices τὸ αὐτεξούσιον habere potuerint? At quod magis dolendum est, & quod mihi crucem figit, impugnandus est Mazochius noster, quem & ego & omnes unice diligimus & admiramur. Quam vellem, ut novam ipse potius Jacobeae

& indignitate ingrediendi in templum. Verum cum injuges vitulae ibi a sacerdotibus caedi jubeantur, jure Grotius de praesenti negotio ea verba accipit: *vox universalis intelligenda ex subjecta materia de victimis, oblationibus, & lepra*. Et favet Grotio Greca versio πᾶσα ἀντιλογία, καὶ πᾶσα ἀφὴ *lis omnis & plaga omnis*. Nec enim ab sacerdotibus abjudicaverim leprae judicium, cum explicatissima extent in sacris litteris ea de re testimonia. Unde & Christus Dominus cum leprosum sanasset *Matth.* VIII. ei silentium indixit, donicum sacerdoti se praeberet, ne quis invidia percitus adhuc morbidum pronunciaret. At ea quidem simplex fuit notio, quae inde eis competebat, quod sicut ceteris sapientiae partibus imbuebantur, sic & explanandis naturae mysteriis, corporumq. affectionibus egregiam operam navabant. Hinc & Thalmudici docent, quod si sacerdos artem ignoraret inspiciendae leprae, sibi fuit harum rerum callidus adhibendus. Sunt qui praeterea ad pontificium spectasse munus contendunt anni mensiumq. intercalationem. at negat Saldenus l. II. cap. 15.

beae vaticinationis cudisset interpretationem, quam ut prae omnibus receptissimam (sic enim loquitur vir magnus) exponeret, novisque ita stabiliret firmamentis, ut nova videri possit; nam esset tanquam aheneus murus inexpugnabilis. Nunc autem veniam dabis, sanctissime senex, si simplicem vicem dissentiam. Ergo moriturus Jacob cum ultima filios benedictione donaret, postquam ad Judam ventum est, sic eum alloquitur *Gen. XLIX.* 10. *Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium*. Heic venientis Messiae quasdam veluti notas latere fatentur omnes, ut extincto Judae dominatu tum demum prodiret Un-

15. XIII. & ad synedrium Magnum id rejicit. Illud autem negari nequit, intercalandi corrigendiq. annum penes Romanos curam fuisse pontificum. Quamobrem Cic. cum Ciliciam provinciam invitus admodum gubernaret amicos saepe rogat, ut a pontificibus impetrent, ne intercalando sibi prorogetur imperium. Praeter ceteros sic obtestatur Atticum: *Per fortunas, quoniam Romae manes, primum illud praefulci, ut simus annui; ne intercaletur quidem*. vide Scalig. *lib. II. de Emend. temp.*

Unctus Domini. At mire ſe ſe torquent interpretes, cum & Regnum Judae in Sedeciam ceſſaverit, & qui poſt ſolutam Babylonicam ſervitutem regnarunt Levi fuerint tribules, vel potius (nam Levitae tribum geographicam non habuerunt) Pontifices Maximi. Pererius quidem & Caſaubonus (vide Huet. l. c.) ut haec tollerent ἀσύστατα, Jacobeum oraculum nec ad Judam retulerunt, nec ad cognominem tribum, ſed ad hanc ſimul, & ceterarum tribuum reliquias, quae poſtliminio reſtitutae cum tribu Principe illa in unum σύστημα coaluerunt. Novis eam ſententiam Mazochius *in Spic. Bib. tom. I. Diſſ. VIII. Par. I. Sect. IV.* roborat argumentis: *Ac ſicuti*, inquit, *jure Romano ſive adoptio, ſive arrogatio generationem per omnia imitatur (quippe tranſeuntibus arrogatis in arrogantium patriam poteſtatem, in nomina, in tribum, in ſacra, in jura omnia, praecipue jus ad regnum) ſic ubi reliquiae tribuum ceterarum diverſis temporibus ab Juda in domum unam recollectae fuerunt, non ut hoſpites, nec ut amici, ſed quaſi*

si ὁμόφυλοι (*tribules*) *in posterum habiti. Hinc igitur Assamonaei Principes, qui ante Christum longo tempore Remp. administrarunt, non tanquam de tribu Levi, sed ut veri Judaei censebantur, h. e. quasi tribules* φυλῆς *illius Principis, quae quamvis per Levi arrogatum a se cum ceteris, regnare semper ipsa putabatur.* Vides hinc nullum αὐτοκρατορίας jus relinqui Pontificibus; quod (pace dixerim viri summi) pugnat cum antiquis monumentis. Nam luce clarius infra demonstrabo, Assamonaeos Principes a restituto templo Hieroesolymitano ad Antigonum usque potitos rerum, nec per Levi arrogatum regnasse Judam.. Itaque vereor, ne Huetiana vero propius absint, quae sic habent *cit. Prop.* §. *VIII. At nos cum firmam sceptri possessionem promissam Judae posteris, & attributam fuisse dicimus,* κτήσει *quidem & mancipio ac proprietate ad eos pertinuisse intelligimus, etiamsi* χρῆσις *& ususfructus ad alios interdum transierit; atque id demum regnum agnationis jure Messiam recuperasse, & velut debitam sibi heredi-*

ditatem crevisse, *at immutatam longeque auctiorem ac nobiliorem maximisque incrementis & insigni accessione amplificatam &c.* Ceterum luculentissime Josephus *lib. XI. Orig. c.* 4. veluti usufructuarium αὐτεξούσιον Pontificibus attribuit post alterius templi restaurationem. Paucis enim Hebraeorum per eadem tempora πολιτείαν sic complectitur: E Babylonica servitute reduces *incoluerunt Hierosolyma* πολιτεία χρώμενοι ἀριστοκρατικῇ μετ᾽ ὀλιγαρχίας *formula Reip. usi aristocraticae cum oligarchia mixtae*. Post haec statim addit: *Summi enim Pontifices* προεστήκεσαν τῶν πραγμάτων *Summae rerum praerant*, *donec Assamonaei regni gubernacula susceperunt*. Hinc & apud eundem *cap.* 8. Alexander Magnus post victum Darium auxilia commeatusque imparaturus Hebraeis non ad alium, quam ad Juddum Pontif. Max. litteras scripsit: hinc & illa Jaddi sollicitudo & perturbatio sub Alexandri arduentum, quod ei obtemperare recusaverat. Illustre quoque hujusce rei testimonium extat I. Machab. 12. ubi laudatur episto-

stola Arii Lacedaemoniorum Regis ad Oniam summum Pontif., qua foedus cum Hebraeis percutitur. At bene Josephus *lib. XX. c.* 8. monet, quod hi Pontifices, qui ante Machabaeos Remp. administrarunt, ἐπολιτεύοντο δημοκρατικῶς *utebantur Rep. democratica*. (1) Ergo fal-

(1) Quin etiam ut magis noscas, ante Aristobulum Matthathiae domus Assamonaeae principis pronepotem Resp. Judaeorum fuit sub ethnarchis Assamonaeis aristocratica. Nam, teste Josepho *De Bel. Jud.* l. 1. c. 3. Aristobulus hic parricida annis quadringentis uno & octoginta post exsilium Babylonicum τὴν ἀρχὴν εἰς βασιλείαν *principatum in regnum* convertit, omnium primus ausus περιτίθεσθαι διάδημα *redimire sibi caput diademate*. Rectissime propterea Scaliger ad *Euseb. Chron.* statuit: *Regnum Juda nullum fuit omnino a Sedekia ad Aristobulum Hasamonaeum, qui primus post Sedekiam diadema sibi imposuit, & cujus pronepos Antigonus fuit ultimus Rex ejus familiae. adeo breve fuit regnum Hasamonai.* Nec possum autem, quin eidem dicam conscribam, cum existimavit in *de Emend. temp. lib.* v. a Simone Hyrcano (unde & nova supputandorum annorum in actibus legitimis inchoata est aera, & desitum in aerae annum Alexandreae 170, non 270, ut male ab interprete Josephi *lib. I. de Bel. Judaic. c.* 2. expressum est) primum dici Assamonaeam familiam inde coeptam, quod Judaei חשמונים (Hasmunim) interpretentur *principes* ex Psal.

falsus est Eusebius in *Chron. num.* 1983. *Usq. ad Herodem Christi i. e. Sacerdotes erant Reges Judaeorum, qui imperare coeperunt a LXV. Olymp. & ab instauratione templi sub Dario usq. ad Hyrcanum & CLXXXVI. Olymp. annis CCCCLXXXIII. in medio transactis*. Nec enim statim a soluta Babylonica captivitate Pontifices regnarunt, sed adusque Assamonaeorum tempora in populari statu principatum gestarunt; ab his enim ortum habuit sceptrum Pontificium. Unde & idem Josephus cum inferius loquitur de Assamonaeis,

 con-

Psal. 68. quare Kimhium notat, & alios vetustiores Rabbinos, quod a Matthathia Machabaeorum parente id nominis repetiverint. At Josephus & *Antiq. lib.* XII. 8. *& de Bel. Judaic. lib. I.* 1. hunc vocat υἱὸν ἀσαμωναίου *filium Assamonaei*. quid igitur caussae est, quin ea nomenclatio hinc sit derivanda? Assamonaeis porro Machabaeorum etiam datum cognomen reperio; immo & Hellenistae & primi Christiani ita vocarunt eos omnes, qui ὑπὲρ τῆς θρησκείας *ob falsi numinis cultum* excarnuficati sunt. Sed facile manus dederim Josepho Scaligero, abusionem heic inesse, cum tantum Judas Matthathiae major natu ita sit nuncupatus.

conjunxisse eos Sacerdotium cum regno apertissime contestatur ; nam praeter cetera de Juda , cui cognomen erat Aristobuli , loquens ait : *huic frater heres fuit tam regni* , *quam Sacerdotii* . Haec autem ita se se habuerunt ad Herodem usque, sub quo in integrum omnia restituta, & rursum Sacerdotium a sceptro distractum; quin & Assamonaei Pontificatu ipso spoliati sunt ; vide Josephum ibid. Quid igitur mirum est, si vel temporibus Christi primas in judiciis Synedriisque obtinuerint Pontifices tot jam annos assueti regno?



CAP.

C A P. III.

De Pontificia Christianorum Jurisdictione. Quo sensu thronus Davidis traductus in Ecclesiam. num jurisdictio divinitus collata Presbyterio. Ecclesia spiritali gladio totam explicat jurisdictionem suam. De potestate clavium παρέκβασις. potestas, qua sustinetur Ecclesia, non indiget aliis auxiliis. num per tria priora saecula modica usa sit coercitione.

HActenus jurisdictionis pontificiae per singulas aetates e vetustis annalibus eruisse vicissitudines volupe fuit. Verumtamen hujus tractationis claudat agmen Bayle in cit. artic: que les gens d' Eglise ont obtenu tant de biens & tant d' honnoeurs, avoit dejà eclaté dans le Paganisme: ainsi on au beau changer de principes & de dogmes, la nature recouvre toûjours ses droits; ce qui est fondé sur les passions machinales est un damaine inalie-

lienable & imprescriptible ; on en depossede la nature pour un tems sous les grandes revolutions de religion, mais tôt au tard elle se remet en possession. Nunc autem oportet animum cogitationemq. ad Pontifices Christianos convertere. Ac principio notanda mihi est Seldeni *lib. II. de Syned. c. xv.* temeritas, atq. adeo supinior oscitantia, qui tota textus S. Epiphanii συναφεία non penitius introspecta, sancti viri memoriam sollicitat, quasi in ea fuerit sententia, ut thronus Davidis immissus sit in Ecclesiam, ab eoq. manu veluti traditus sit Episcopis, & Presbyteris. Nec tantum enim in hominem de re theologica benemerentissimum σφάλμα vertendum est, ut hinc Ecclesiasticam potestatem iverit amplificatum. Itaq. tentabo primum Epiphanii sententiam elicere, deinde a Seldeni calumniis vindicabo: *Quocirca*, inquit Haer. XXIX. *thronus ille Davidis, ac regale solium nihil aliud est, quam Ecclesiae sanctae sacerdotium, quod regia simul, ac pontificia dignitate in unum*

unum contracta ei Dominus attribuit, *ac Davidis aeternum illud*, *neque periturum umquam solium in eamdem contulit* (μεταγαγὼν ἐν αὐτῇ *transferens in ipsam*). Heic cave putes, S. Epiphanium id voluisse sibi, ut Ecclesia civilem quoque potestatem nacta sit. Nam & hoc Apostolis refragatur, qui summis Principibus divinitus commendatum regnum & jus ad regnum apertissime contestantur. Ita apud Epiphanium thronus Davidis, ac regale solium in Ecclesiam inuectum nihil aliud est, quam ἡ ἱερωσύνη, quemadmodum & ipsius verba clarissime determinant, & jam antea observarat Scaliger ad *Euseb. Chron. num.* 1983. Porro Christianum sacerdotium κατ᾽ ἐξοχὴν appellatur regale, uti & omnes Christiani ἱεράτευμα βασίλειον (1), propterea quod Christus, un-

(1) Reges & Sacerdotes non semel in novo foedere vocantur Christiani. Sic in 1. epist. B. Petri c. 11. v. 9. *vos autem genus electum*, *regale Sacerdotium*, *gens sancta*, *populus acquisitionis*. Olim enim ex una tribu cooptati sacerdotes, nunc autem per Christum

unde cognomen cepimus, regia polleret pontificiaq. dignitate. Atq. opportuno quidem, cum haec illinerem, venit mihi in mentem S. Bernardi *Epist.* 144., qui mirum quantum ad ea, quae disputavimus, quadrare visus est: *Nec dulcius & amabilius, sed nec arctius omnino regnum sacerdotiumq. conjungi, seu complantari in invicem potuerunt, quam ut in persona Domini ambo haec pariter convenirent, utpote qui factus est nobis ex utraq. tribu secundum carnem summus & sacerdos & Rex.*

stum omnes, ut extat in *Epist. ad Rom.* XII. 1. *Regale* autem *sacerdotium* Petrus idcirco appellat, quod Reges simul & sacerdotes Christiani sint, ut Christus utramq. gessit dignitatem. De Israelitis etiam proditum est Exod. XIX. 6. *& vos eritis mihi in regnum sacerdotale* (Heb. ממלכת כהנים *regnum sacerdotum*; at inversa constructione apud LXX. senes, & apud Petrum legitur *βασίλειον ἱεράτευμα*) *& gens sancta*. Verum hi reges erant aliquatenus ante Reges constitutos, & propter libertatem omnibus communem, insignesq. tot ab hostibus relatas victorias; sacerdotium quoque obibant in sacro paschali. Enimvero *ἐν τῷ πάσχα σύμπαν τὸ ἔθνος ἱερᾶται in paschate sacrum fa-*

Rex. Non solum autem: sed & commiscuit ea nihilominus, ac confoederavit in suo corpore, quod est populus christianns, ipse caput illius, ita ut hoc genus hominum apostolica voce genus electum, regale sacerdotium appelletur. Ergo quae Deus conjunxit, homo non separet. Jungant se animis, qui juncti sunt institutis; invicem se defendant, invicem onera sua portent. Ceterum Epiphanius praeclarus suimet interpres non inde Pontificibus Christianis assertam voluit παμβασιλείαν, quod placuit Seldeno; nam infra

facit tota natio, ait Philo III. de Mose. Christiani vero Reges sunt sacerdotesq., propterea quod offerunt Deo *spirituales hostias*, h. e. preces, pudicitiam, operaq. misericordiae, & a vitiis omnibus immunes se praestant. Nam regium esse dicit Cic. nulli servire cupiditati. Unde & Justinus Martyr in *Dial. cum Tryph: Per nomen primogeniti ejus filii sordida veste deposita i. e. deposito peccato per verbum vocationis ejus tanquam per ignem explorati* ἀρχιερατικὸν τὸ ἀληθινὸν γένος ἐσμὲν τοῦ θεοῦ *sacerdotale verum genus Dei sumus; sicut & ipse Deus testatur dicens, nos ei omni in loco inter gentes sacrificia accepta & pura offerre.*

fra mentem animi sui manifesto innuit, cum ait: *Nimirum transferre illum non minus Regni, quam sacerdotii ordinem oportuit, quippe cum ejus regnum minime ex hoc mundo sit, ut Pontio Pilato in Evangelio respondisse fertur &c.* Ac tamen ejus illationem, qua Sacerdotium & Imperium conficit in Ecclesiam coaluisse, absurdam esse, nec secum cohaerere non recusaverim. Nam primum Davidicum sceptrum ad Christum incolume stetisse confirmat, *cum nullo umquam tempore de Judae tribu principes desiissent*. Atqui ex his, quae supra de Assamonaeorum principatu diximus, lapsum Epiphanium cuilibet patet, ac rectius statuisse S. Hieronymum *Commen. in Jerem. cap.* 22. *& nullus deinceps* (h. e. a Sedecia) *de stirpe David in terra Judaeae tenuit principatum; unde & Josephus refert, de Sacerdotali genere, ac tribu Levi fuisse principes, quibus successerit Herodes*. Mox affert rationem Epiphanius, cur Judae tribules occupaverint usq. principatum: συνα-
φθει-

φθειτῶν γὰρ τῶν δύο φυλῶν, τοῦτε βασιλίκου καὶ ἱερατικοῦ, Ιούδαδε φημὶ καὶ Ααρὼν, οὕτω βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς ἐγίνοντο. *Cum enim concorporatae duae tribus essent Regia & Pontificia, Juda inquam & Aaron, ita Reges & Sacerdotes facti sunt.* At qui istud fieri potuit, mirum videtur Scaligero l. c. *Quod Assamonaei, qui de stirpe Levi erant, Pontifices & Reges essent, ideo tribum Juda, & tribum Levi in unum coaluisse, quo argumento colligi possit, curent qui in ejusmodi paradoxis defendendis acumen ingenii ostentare solent.*

Jam vero nec melius, nec sanius interpretatus est Altaserra *lib.* 1. *de Jurisd. Eccl. c.* 3. Gregorii Nysseni verba. Abutitur videlicet quamplurium patrum testimoniis, ut munus divinum efficiat Ecclesiasticam jurisdictionem: at illa nec secum maximam partem faciunt, nec ad metam propius accedunt. Quid ni? quem nec puduit in scenam promere veterem γλωσσογράφον, ut omnem credo a Prin-

cipibus attributae Presbyterio jurisdictionis gratiam alienaret. Quid enim impudentius, quam insulse dicere, *principes non tribuisse jurisdictionem Ecclesiae, sed declarasse, quae competebat; vel potius praesidio legum munivisse, ut Isidorus in Can. Principes. 23. q.5.* At immane quantum ab ejusdem generis hominibus (1) super hac re praesertim sit erratum, nemo omnium ignorat; & canon, quem profert Johannes, est prorsum ἀπροσδιόνυσος; cum hoc loco Isidorus tantum principibus suggerat curam, quam suscipere debeant, armata vi manuq. regia, si usus

(1) Tantas certe caligines offuderunt genuinis historiis, ut hodieq. nonnullos in litteratissimo saeculo non pudeat exoletas id generis opiniones non dicam meminisse, sed defendere. Et miramur adhuc, vitio datum fuisse Danti celeberrimo XIII. saeculi poetae, quod in lib. de Monarchia docuerat, summos principes quoad temporalia (ut ajunt) esse ἀνυπευθύνους. Quin vero post obitum Bartolus in *l. 1. de inquir. reis* aliiq. tales haereseos notam in illum inurere ob id ipsum non dubitarunt. vid. Spondanum ad *an. Christi* 1321. & Bayl. in artic. *Dante*.

usus sit, Ecclesiae tutandae. Sed producamus tandem Nysseni verba, videamusq. an exsistat inde divinitus isthaec mandata jurisdictio. Is igitur *Orat. de Castigat : Ne episcopalis*, inquit, *audaciae esse excommunicationem arbitreris; paterna lex est, antiqua Ecclesiae regula, quae a lege traxit originem, & in gratia obtinuit*. Heic si me audiet Altaserra, supersedebit loca patrum corradendi labore, modo consulat cap. 9. lib. 1. Selden. de Syn. ibi ad satietatem hauriet, Christianorum excommunicationem Hebraici חרם (herem) fuisse quemdam veluti surculum. At id qualecumque sit per me cum Cypriano voces *spiritalem gladium* licebit; quod si per quicquid in vita carius est exores, numiquam profecto ut iurisdictionem appellem evinces. Nam quid aliud jurisdictio est, nisi notio civilium & criminalium caussarum cum statuendi & exequendi potestate? Quid habet autem excommunicatio commune cum ea? Illa infligebatur ob ecclesiastica tantummodo cri-
mi-

mina, quibus medicinam adhibebat (1); haec & criminales quandoque caussas respicit, sed usitatius de civilibus dicitur; in eaq. inest vis exsequendi atq. imperii, sine qua jurisdictio nulla sit *l. ult. de offic. ejus*. nullius momenti *cap. Pastoralis de offic. deleg.* Cur ergo tam male accipiendus sit ma-

(1) Apposite S. Bernardus *lib. 1. de consid. ad Eugen*: *Ergo*, inquit, *in criminibus, non in possessionibus potestas vestra; quoniam propter illa, & non propter has accepistis claves regni coelorum; praevaricatores utiq. exclusuri, non possessores*. Et Zieglerus *de Episc. cap.* 30. de diverso, quem sibi finem ante oculos ponit utraq. potestas in reprimendis nefariis, sic egregie disputat: *Princeps enim adulterum, aut caedis reum gladio plectit eum in finem, ut puniat, ut ex hominum consortio removeat; neq. emendationis spem tum attendit; Ecclesia vero per censuras suas non tam exigit poenam, quam emendationem & morbi curationem, itaq. eas decernit, non ut mactet, sed ut poenitentem ad salutem reducat. Atq. inde est, quod decreta potius & κανόνας appellare maluerint sua statuta Episcopi, quam νομούς*. Espenius tamen in *Tract. hist. canon. de censur. Eccl. cap.* 1. §. VI. medicinalem excommunicationem discriminat a mortali: *evidens hinc est, separationem poenitentium ab Eucharistia, aut ingressu Ecclesiae, & consortio fidelium dictam*

magnus Cujacius, qui ad *tit.* IV. *Cod. Justin.* scripsit: *Episcopos jurisdictionem non habere, quia nec forum legibus habent, ut ait Valentinianus N. de Episc. judic., nec apparitionem, nec exsecutionem; sed eorum, ut judicum delegatorum, qui etiam notionem, non jurisdictionem habent, sententias magistra-*

ctam fuisse ab Augustino (serm. 357. n.10.) *excommunicationem, sed medicinalem, non autem mortalem, qua excommunicatus a populo Dei separatur, sive ab ecclesia rescinditur*. Ac jure perstringit recentiores Canonistas, & Theologos; qui duo majoris excommunicationis distinxere genera; unum quod ἁπλῶς diceretur excommunicatio[1], alterum quod anathema. Quamobrem cum in vetustis canonibus apud Gratianum invenitur excommunicatio, semper de majori capiendam sanxerunt; id quod Ecclesiasticam disciplinam valde conturbavit. Nam ita coepit esse in usu ferme quotidiano, ut pro levissimis etiam culpis irrogaretur, quod in Decreto Gratiani sic adhibitam legerent; cum tamen heic non de majori excommunicatione, sed minori sermo esset. Porro observat errandi caussam praebuisse Decretalem Gregorii IX. in *cap. penul. de sent. excom.* ubi decernitur, quod excommunicatio simpliciter prolata semper intelligenda sit de majori. Haec autem facile concesserim Espenio, nisi me illius poeniteret, quod statuit excommunicationem medi-

stratus exsequi . Eumpte propterea titulum non *de Episcopali jurisdictione*, sed *de episcopali audientia* merito inscribi defendit . eaq. ex caussa est , quod Ruffinus *lib.* I. *Hist.* Georgium quemdam Episcopum Alexandrinum irrrideat : *Satis procaciter vi raptum Epi-*

dicinalem etiam a sacris aedibus prohibuisse peccatores & consortio fidelium . Nam hujusmodi separatio , quae ἀφορισμὸς proprie dicta, ab Eucharistia tantum & precibus fidelium , non item ab Ecclesia lapsos propulsabat ; hinc & missae catechumenorum adesse poterant . Itaq. majoris excommunicationis id fuit , ab Ecclesiastica communitate prorsum exterminare peccatores . Quare παντελὴς ἀφορισμὸς *omnimoda separatio*, & anathema vocitata fuit ; vid. Bingh. *Orig. lib.* XVI. *c.* 2. §. VII. & *seqq.* Ceterum cum Ecclesia numquam supplicium intendat, seu publicam vindictam, etiam de majori recte statuemus medicinalem esse . Cum & huic propositum sit, ut pudore suffundantur delinquentes. & exemplum ceteris ut fient . Paulus quidem certe de majori loquens II. *ad Thessal.* III. ait : *notate hunc , & ne commisceamini cum illo , ut confundatur* . Et concilium Turonense I. *can.* 8. de anathematizato : *quo facilius & ipse compunctionem per hanc confusionem accipiat , & alii ejus terreantur exemplo.*

Episcopatum gerebat , ita ut magis sibi jurisdicundi fasces, quam sacerdotium administrandum religiosis officiis aestimaret . Huc autem in quamdam veluti syrtim impingent homines fili crassioris , qui vel studio partium illecti , vel intercepti originum ecclesiasticarum incuria facile profanis admiscebunt sacra , vel cuiq. disconvenientia assignabunt. Immo si vel levi perspergas jurisdictionem ecclesiasticam suspicione , immanes statim videas concire turbas; hinc conclamatum vociferabuntur de legibus divinis , hinc violatas protritasq. constitutiones apostolicas conquerentur . Atqui familiae herciscundae cum stitissent Christo judicium, is abnuit , & ad judices competentes h. e. magistratus cognitionem remisit; identidem professus exsolutione vectigalium civili se subesse Potestati (absit verbo invidia ; nam ita bona exempla praelucere voluit). Quin etiam S.Augustinus *cap.19. in Johan.* ipsum quod exseruit Pilatus in Christum imperium Deo referendum acceptum censuit. Et ipsi-

ipsimet Apostoli in jus saepius vocati adfuerunt, & se defensos maluerunt, quam non suscipere judicium. Ea propter S. Bernardus *lib.* 1. *de consid. ad Eugen. stetisse deniq. lego Apostolos judicandos, sedisse judicantes non lego.* quot vero quantaeq. prostant in sacris litteris Apostolicae voces, obtemperandum praepositis? Christiani deniq. sub ipsa Ecclesiae primordia, cum maxime vigebat disciplina, vel ethnicis magistratibus morem gesserunt, nec se legibus solutos umquam arbitrati sunt. Quod si Apostolus discidia Christianorum transigi constituit apud presbyterium, nullam is (ut observavimus cap. 1.) jurisdictionem delegat Episcopis, aut Presbyteris, quam nemo quidem privatorum, ac ne ipsi quidem litigatores vel consentientes ulli dare possunt *l. privatorum Cod. de judic.*; sed tantum consulit, ut siquae fortasse (1) περὶ τῶν βιωτικῶν forenses caussae

(1) Nam rara fuerunt inter Christianos primorum temporum jurgia, & habendi rara cupiditas. Quid ni? omnia quippe in medium

sae orirentur inter ipsos, eas amice componerent inter parietes domesticos. Nec autem vel levissime suspicari quem velim imminutam iri per me jurisdictionem ecclesiasticam, cum a SS. Patrum praeceptionibus ne latum quidem unguem discesserim, & si quisquam alius umquam τὸ πρέπον ordi-
F nis

dium quaerebant, & mutuis se se adjutabant officiis, insolubili secum adstricti caritatis vinculo, ut legimus in Act. Apostol. Ac praetermitto quidem Ecclesiasticos viros, quos negotiis saecularibus implicari vetat Apostolus: & concilium Carthagin. IV. sanxit, *ut Episcopus pro rebus transitoriis non litiget provocatus*. de ceteris loquor Christianis, quos, si verum ament, & evangelicam consectari velint perfectionem, agitare litigia prohibet Augustinus *ad Bonifac. lib. III. c.* 5. *eleemosynarum* (sic virum bonum, & christianum definivit) *largissimus*, *injuriarum patientissimus*, *qui non solum non auferat aliena*, *sed nec sua reposcat ablata*; vide plura apud Thomassin. *de veter. & nov. Eccl. disc.* P. III. *lib.* III. *c.* 103. Lucianus praeterea in *de morte Peregrini* dum mores istiusmodi Christianorum tunc temporis irridet, explicatissimum integritatis Christianae, & obsequii mutui suppeditat testimonium. Nam Peregrinus hic, quem & propter virtutis laudem virum gravem atq. constantem appellat Gellius *lib.* XII. *N. A. cap.*

nis ecclesiastici quam maxime cupiam. Mihi enim haeret infixa sententia Domini Montesquieu *lib.II. de l' esprit des loix cap.* IV. autant que le pouvoir du clergé est dangereux dans une republique, autant est il convenable dans une monarchie; sur-tout dans cel-

cap. XI., cum e philosopho transisset in Christiana castra, ob id ipsum in vincula conjectus est a popularibus. Ergo quotidie videres ad ostium carceris adsidere pias mulieres & viduas, confluere viros ingenti cum liberalitate eum sublevaturos, & consolandi deniq. gratia legatos undiq. gentium ventitare frequentes; ut inde locupletissimus evaserit Peregrinus. Hinc pro re nata Christianorum ridet simplicitatem Lucianus, hoc modo: *Proinde omnia ex aequo contemnunt, & communia putant, citra fidem accuratam talia recipientes. Si igitur aliquis ad ipsos veniat praestigiator, & versutus homo, rebusq. gerendis appositus, brevi admodum ditescit, simplicibus hominibus inhians.* Nimirum quod effert ad coelum Ecclesiasticam disciplinam, id vel maxime ab ethnicis vitio datum est Christianis: *Sed ejusmodi vel maximae* (ait Tertullianus in Apologetico cap.39.) *dilectionis operatio notam nobis inurit penes quosdam. Vide, inquiunt, ut invicem se diligant; ipsi enim invicem oderunt: & ut pro alterutro mori sint parati: ipsi enim ad occidendum alterutrum paratiores.*

celles qui vont au despotisme. Alterum ejusdem generis ibidem est: je ne suis point entête des privileges des Ecclesiastiques: mais ie voudrois qu' on fixat bien une fois leur jurisdiction. Quibus equidem aureolis sententiis quid optabilius ecclesiasticis ordinibus, aut publicis rationibus conducibilius potuit excogitari? Sed audiamus, si commodum est, clarissimum Fleury totum negotium ita conficientem in *septieme disc. sur l' Hist. Ecclesiast*: Pour en juger sainement (innuit πολυθρύλλητα illa de jurisdictione litigia, quae a XII. saec. increbuerunt) il faut commencer par bien connoitre la jurisdiction propre & essentielle a l' Eglise, & la distinguer soigneusement des accessoires qu' elle a recus de tems en tems, soit par les concessions des princes, soit par des coûtumes introduites insensiblement.

Tota videlicet, quantacumq. sit Ecclesiastica jurisdictio, in rebus religionis versatur, ut inspectores propterea morum sint Episcopi, & ordinarii con-

troversiarum fidei judices, & sacramentorum praeterea *οἰκονομία* ad ipsos pertineat. Hanc autem potestatem divinitus Ecclesiae collatam nemo, modo non stultissimus, inficiabitur. Quare S. Ambrosius *lib. III. Epist.* 32. ad Valentinianum II. sic scribit: *At certe si vel scripturarum seriem, vel vetera tempora retractemus, quis est, qui abnuat in caussa Dei Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis judicare.* Eapropter sicuti magistratus ad jurisdictionem tuendam modica utuntur coercitione; sic & Episcopos anathemate scelestos homines coercere a priscis usque Christianismi (1) temporibus solemni fuit in

(1) Segregandorum ab ecclesiastico commercio contumacium potestatem Ecclesiae dari Matt. XVIII. 17. agnovere S. Gyprianus, aliiq. patres, & recentiores Canonistae, Theologique omnes. At conatur Seldenus l. c. mucronem hunc spiritalem (ut loquitur S. Hieron. *epist. ad Heliodorum*) obtundere. Argumenta Seldeni ad duo capita commode reduci posse reor. primum ducit ab Ecclesiae nomine, quod heic usurpat Christus: *quod si non audierit eos, dic*

in more positum. Itaq. S. Cyprianus *Epist.62.* commodissime vocat Excommunicationem *gladium spiritalem*. Cum enim jus vitae, & necis, quod exercent Principes in corpora, gladii nomine significetur; non inconcinne potestas, quam exserit in animos Presbyterium, *gladius spiritalis* potuit ap-

dic Ecclesiae. Cum enim hoc loco Ecclesia vel Christianum consistorium denotet, vel universum fidelium coetum, quorum utrumq. repraesentabant Apostoli, neutrum intelligi vult Seldenus. Dum agitaret Christus in terris, negat hic ullam extitisse sive Ecclesiam, sive presbyterium, apud quae nomen contumacis deferretur; nec ullum in sacris litteris ejusdem apparere vestigium, nisi post passionem Christi in 1. *epist. B. Pauli ad Timotheum* IV. 14. *noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii*. At quantum quaeso intervallum Christi mortem inter, & Pauli tempora interjacet? an consilio Apostolorum sub Christo praeside consistorium augustius poterat inveniri? an deniq. Christus in Evangelio brevi futuram Ecclesiam suam optimis institutis non fundat, praeparatq.? Et promiserat antea Dominus *Mat.* XVI. 18. se suam aedificaturum Ecclesiam super Petram. Praeclare igitur a Grotio ad hunc Matt. locum adnotatum est: *Judaei*

pellari. Sed ipsum Cyprianum audire praestat; accommodatior enim Isidorianae de qua loquimur fallaciae species fingi nequit, ut infra quoque monebimus. Hinc enim haud dubie patet, quo suppliciorum genere aurea aetate reprimerentur non obedientes Clerici, aut si qua essent in noxia: *nec putent*, in-

daei quamvis omnes in unum templum coirent, & templi ceremoniis inter se sociarentur, habebant tamen varia corpora disciplinae caussa instituta. Ita Pharisaei a Sadducaeis, utriq. ab Essenis, institutis & coetibus propriis distinguebantur. Rursum scholae erant diversae. Philo vocat ὁμίλους, κοινούς, συλλόγους, κοινὰς συνόδους. *Pythagoristae* ὁμαῖον *vocabant coetum suum:* ἱερὸν σύλλογον *interpretatur Hierocles. In his coetibus tractari solebant, quae ad concordiam atq.* εὐταξίαν *cujusq. coetus pertinebant. Talem coetum, manente etiam lege neq. facta a Judaeis caeteris secessione, Christus jam colligere coeperat; quem ipse more Hebraeorum vocabat* עדה (in hebraico quidem Matthaei textu legitur מקהל; at Syrus reddit עדתא, propter quod utraq. vox in usu promiscuo est tam apud Hellenistas, quam Rabbinos) *discipuli graece scribentes* ἐκκλησίαν, *interdum &* συναγωγήν; *ut solebant olim eae voces promiscue usurpari*. Quod si veterem Ecclesiae disciplinam memoria repetamus, intelligemus profe-

inquit, *sibi vitae aut salutis constare rationem*, *si episcopis & sacerdotibus obtemperare noluerint*, *cum in Deuteronomio* (cap. XVII. v. 12.): & homo quicumq. fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem, aut judicem, quicumq. fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & omnis populus cum

fecto Domini praeceptum κατὰ λέξιν observatum; id quod planum facit vel unus Tertulliani locus *Apolog.c.39.* *coimus in coetum* (h.e. ἐκκλησίαν) *ut ad Deum quasi manu facta precationibus orantes*: deinde: *ibidem etiam exhortationes*, *castigationes*, *& censurae divinae*. mox: *praesident probati quiq. seniores*. Nec tamen adhaeserim Grotio privatim ὁμοζήλους Christum monere suos, ut amicitiae vinculum resolvant, si qui patientes aures corripienti commodare noline; quemadmodum & Philosophi fieri instituerunt, quos inter monet Cic. cujus aures ita veritati clausae sunt, ut verum ab amicis audire nolit, hujus desperendam salutem. Cum enim Christus ad Ecclesiam deferri nomen obsurdescentis peccatoris praecipiat, haud dubie prius damnari oportere statuit a Christiano consistorio, dein ejus convictum fugiendum. Sed ad alterum pertranseo Seldeni ficulneum argumentum. Nam ait, nullam heic inesse nec volam, nec vestigium excommunicationis, quod & Christi temporibus pu-

audierit, timebit, & non agent impie etiam nunc. *Interfici Deus juſſit ſacerdotibus ſuis non obtemperantes, judicibus a ſe ad tempus conſtitutis non obedientes; & tunc quidem gladio occidebantur, quando adhuc & circumciſio carnalis manebat. Nunc autem quia circumciſio ſpiritalis eſſe ad fideles ſervos Dei*

publicanis aditus templi patuerit, cum ejectis uſu Euchariſtiae interdictum ſit, & ſacris omnibus; & extra Judaeam, & apud Chriſtianos in pretio habiti, cum ordo fuerit honeſtiſſimus, ut ex ſexcentis patet Cic. locis, genuſque hominum ſit publicis rationibus imprimis conducibile. Quin etiam gentibus in partem templi, quae gentium atrium propterea dictum eſt, intrare, ibiq. ſacra facere juſq. faſq. fuit, & primi Chriſtiani ex gentibus adlecti, nec *ethnici* vox in ſequiorem ſenſum deſcivit, niſi ad multam Chriſtianorum aetatem. At duum fuiſſe generum τὰ ἔθνη quis neſcit? Primum earum gentium fuit, quas plurium deorum cultu inquinatas non modo a templi ſeptis arcebant, ſed iis ne utebantur quidem, & in peccatorum cenſum referebant. Unde & ipſum Dominum impietatis arceſſiverunt, quod ageret cum peccatoribus. ergo qui ſciri poteſt, quin de iis Chriſtus non ſit locutus? atqui ego id veriſimillimum putarim. Nec obeſt, quod ſero tandem in Eccleſia vox *ethni*

Dei coepit, spiritali gladio superbi & contumaces necantur, dum de Ecclesia ejiciuntur. Neq. enim vivere foris possunt, cum domus Dei una sit, & nemini salus esse, nisi in Ecclesia possit. Indisciplinatos autem perire, dum non audiunt, nec obtemperant salubribus praeceptis,

ethnici in deteriorem partem accepta sit; nam & tantundem sonabat Christi temporibus penes Hebraeos. Alterum autem genus earum fuit, quae Noachida praecepta, seu jus naturale coluerunt. his licuit terram sanctam habitare, & ingredi in atrium templi; quare proselyti domicilii (erant enim & proselyti justitiae, qui in Judaismum omnino desciverant) appellati sunt. Cum his quidem legitimum commerciū, at non familiaritas inibatur. Et hanc notionem verbis Christi si quis subjiciat, non vehementer repugnaverim; ut communia humanitatis officia impartienda velit excommunicatis, sed ea vetet, quae ad propiorem amicitiam pertinent. Quod autem spectat ad publicanos, ii pro fastu Hebraeorum, qui Palaestinam volebant esse liberam, nec vectigalem, exosum infestumq. genus fuit, ut peccatores dicerentur & haberentur; adeo ut τέλωναι Matt. v. 47. a Vulgata vertantur *ethnici*. Nullum proinde cum iis exercebant commercium. Ex his vide, quale de Wiclefistis, Hussitis, Lutheranis, aliisq. id genus portentis ponunciandum sit judicium, quos tanta

ceptis, *testatur scriptura divina* (Prover. xv. 10.), *quae dicit:* non diligit indisciplinatus castigantem se. qui autem oderunt correptiones, consumentur

ta coepit dementia, ut censuras Ecclesiasticas ab Antichristo callide excogitatas asserere non puduerit. Ac Wiclefi quidem verba impudentissima, & in Ecclesiam perquam contumeliosa producit Seldenus *lib.* 1. *de Syn. c.* 10; quae cuivis, modo homo frugi sit, facile stomachum movebunt. Quid autem dicam de iis, qui legitimum quidem excommunicationis usum in Ecclesia recognoscunt, sed ejus originem a ritibus paganicis ducunt. Talis est Andreas Tiraquellus: quem secuti sunt Leander Galganettus, & Nicolaus Gravantius, quorum opera edita sunt Romae. Porro Tiraquellus *tom.* 4. *tr. de Retr. lig.* §. 1. *gl.* 9. §. 176. haec habet: *Excommunicationem quam vocamus, ab antiquorum & Graecorum & aliorum ritibus legibusque ortum habuisse videri potest, non a D. Paulo, ut Canonistae & Theologi opinantur.* At ego non is sum, qui plurimos ethnicorum ritus inficier Ecclesiam adoptasse; cum id ostensum jam sit ab eruditissimis viris. Sed haec, quam dixi, facinorosos a congressu fidelium separandi potestas ab Evangelica lege (quamvis in synagoga jactum sit fundamentum; at propriam sibi fecit Ecclesia ex Christi praecepto: quemadmodum & baptismus judaicus ritus fuit olim; sed in sacramenti formulam redegit Christus. quod in illos dictum

tur turpiter. Ex quibus duo colligas velim. primum est, spiritalem hunc gladium neminem nisi solum Presbyterium adhibuisse. Hac de re nullum dubitandi locum relinquit Tertullianus. Agens enim de judiciis Ecclesiasticis tunc temporis usitatis, ait *Apol.* c. 23. *Praesident apud nos probati quique se-* &c.

ctum volo, qui ab synagoga ὁμοίως translatam in Ecclesiam contendunt. & in nostram sententiam locutum censeo Baronium ad *an. Chr.* 57. *non quidem a Paulo esse primitus institutam; nam Judaeis in observatione erat* &c.) ab evangelico, inquam, praecepto ejiciendi potestas omnino procedit. Miror potius, Christianos esse, qui pontificibus nostris spiritalem hanc coercitionem eripere in deliciis habeant; quam ethnici sacerdotibus suis non inviderunt. Ac primum profanos arcere sacris in more fuit iis positum: cujus ritus plena sunt veterum scripta. Itaq. Lucius Atillius apud Liv. *lib.* 5. *cap.* 5. persuasum habet: *omnem praefationem sacrorum eos, quibus non sunt purae manus, sacris arcere.* Sed haec mera παραίνεσις (admonitio); illud poenale fuit, quod & quaedam capitis minutio fuit, cum vel extorres ab aequalium congressu jubebantur esse scelesti, vel sacris interim, interim & ceteris vitae commodis interdicebatur. Gravissima apud Graecos poena fuit εἴργεσθαι τῶν νομίμων *jure pa-*

&c. quae videsis *pag.* 30. En autem hominem Christianum Judaismo perdite blandientem! Seldenum dico, qui *lib. I. de syn. cap.* IX. sub Irenaei tandem, Tertulliani, & Origenis tempora contendit invaluisse, ut solum Presbyterium ab Ecclesia homines nequam ejiceret, & pacem resipiscentibus postmo-

patrio ejusq. beneficio exui. Qua quidem ἀτιμίᾳ (infamia) notabantur mariti ab adulteris uxoribus non divertentes, quive parentes verberarent, vel non alerent, aliisq. se se noxiis implicantes. Hinc Plato in legibus suis lib. 9. parentes percutientem ab omnibus templis arcet, jubetque solum vetere. Quin & ab omnium ingenuorum congressu removet, statuta poena in eum, qui cum sonte comederit, biberitue; aut τινὰ ἄλλην κοινωνίαν κοινωνήσῃ (cum haec audis, nonne Apostolum loquentem videris audire?) *quavis alia communione cum illo communicaverit, ut neque templum aliquod ei ingredi fas sit, nec in forum, nec in urbem omnino, priusquam legitime purgatus fuerit*. Potestne luculentius majoris, minorisq. excommunicationis afferri simulacrum? In legibus quoque XII. Tab. sacer i. e. execrandus detestandusq. (unde *sacra fames* Virgilio, & *sacer atq. intestabilis* Horatio) esse jubebatur, qui parentes verberasset. Et praeclare Budaeus in *not. poster. ad*

modum restitueret; cum antea quilibet de plebe secundum disciplinam Hebraeorum, si collibitum esset, excommunicaret primum, deinde absolveret. (1) At Episcoporum fuit ab ipsis Ecclesiae cunabulis administratio disciplinae, quippe cum iis tradita sit clavium potestas; & vix presbyteris aliquando, & dia-

ad Pand. de poenis ἀποσυναγώγους Hebraeorum, & Christianorum excommunicatos cum iis contendit, quibus aqua & igni interdicebatur. Draconem item, ut a caedibus abstinerent cives, legem tulisse narrat Demosthenes *orat. con. Leptinem*: εἴργεσθαι σπονδῶν, κρατήρων, ἱερῶν, ἀγορᾶς *arceri* (sicarios) *a libationibus, crateribus, templis, foro* &c. Caesar praeterea *de bel. Gal. lib. 6.* de Druidum disciplina sic: *Si quis privatus, aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt; haec poena apud eos est gravissima . . . iis omnes decedunt, aditum eorum sermonemq. defugiunt* &c. Similia promit Tacitus de Germanis eorum mores describens. Ecquae autem dicendi finis, si singula persequi velimus?

(1) In regula S. Benedicti Monachi, si quid peccarint, excommunicari praecipiuntur Abbatum arbitrio; ut extat in *cap.* 24: *secundum modum culpae excommunicationis, vel disciplinae mensura debet extendi, qui culparum modus in abbatis pendeat judicio*. Verum cum

diaconibus delegatam legimus. Porro sub clavium nomine, quas adpromittit Petro Dominus Matth. XVI. 19., quidam intelligi volunt ejiciendi solum ab Ecclesia potestatem. Ego quidem non adeo arctam iis subjici notionem optaverim, nec ex natura clavium id ἀμέσως consequitur. Latius enim patet

cum monachi ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας (a communi lare) propter noxiam arcentur, nequaquam id inter censuras Ecclesiasticas connumerandum monet Suaresius in *De censuris disp. 24. sect. I. num. 6. in Regula S. Benedicti multa leguntur de excommunicationibus regularibus (ut ita dicam) quae in poenam monachis imponebantur, quae censurae non erant, sed prohibitiones, & separationes quaedam.*

Ergo fabulas dedit Seldenus lib. 1. de Syn. c. 9. cum ut presbyterio auferret excindendi ab Ecclesia, vel rursum incorporandi divinitus collatam potestatem, exemplum producit Martyrum & Confessorum, quos ex se contendit lapsis reddidisse postliminium; uti fiebat in veteri synagoga, in qua omnes etiam de plebe homines excommunicarent, & absolverent: adeo in deliciis habet germanas Rabbinorum gerras ubiq. consectari, Verum quod minime ferendum est, abutitur Tertulliani Cyprianique testimonia, quasi ea tum fuerit ab ipsis jam Ecclesiae primordiis constituta disci-

tet clavium nomenclatio , cum & ad aperiendas fores , non modo cludendas usus addixerit . Prius officium declarat nomen hebraicum מפתח quasi dicas *apertionem;* alterum sat indigitat graeca vox κλεῖς a *claudendo* dicta , & latina *clavis* ab eodem themate derivata . Ad duplex istiusmodi officium fit al-

sciplina , ut quilibet posset a communitate lapsos exterminare , & idem ubi vellet pacem reddere . Cum autem sibi reluctantem aperte sentiat Cyprianum, confugit ad consuetas garrientibus querelas immutatae tum primum disciplinae . Nec enim queritur Cyprianus , martyres confessoresque lapsis impetrare pacem; siquidem vetustissima fuit consuetudo , inde fortasse ducens originem ; ut conjicit Baronius ad an. Chr.253. §. 60; quod , cum ipsi turpiter animis despondissent , dum strenue commilitones pugnarent, priusquam reconciliarentur Ecclesiae, ad martyres & confessores in vincula conjectos mitti per Episcopos moris fuerit , peccati veniam ab ipsis primitus obtenturos . Duo igitur expostulat Cyprianus ; primum *epist.* 12. conqueritur , in hanc a martyribus commendatitios libellos concipi formulam , *communicet ille cum suis* . Merito autem illa *incerta & caeca petitio* displicebat Cypriano : *late enim patet*, inquit, *quando dicitur :* ille cum suis : *Et possunt nobis viceni,* &

allusio apud Esai. xxii. 22 : *Et dabo clavem Domus David super humerum ejus , & aperiet , & non erit , qui claudat ; & claudet , & non erit, qui aperiat*. Graeci porro clavim heic reddunt δοξαν , & Chaldaeus sic παραφράζει *clavem templi*, *& dominium domus David*. Ex hoc autem tam lato cla-

& treceni, *& amplius offerri , qui propinqui , & affines , & liberti , & domestici esse asseverentur ejus , qui accipit libellum* . Itaq. cupiebat Cyprianus , ut ederentur in hisce litteris eorum nomina , quos conciliatos vellent cum Ecclesia : *Et ideo peto, ut eos , quos ipsi videtis , quos nostis , quorum poenitentiam satisfactioni proximam conspicitis , designetis nominatim libello , & sic ad nos fidei ac disciplinae congruentes litteras dirigatis* . Ex quibus planum fit , non absolute martyres & confessores pacem veniamq. dedisse lapsis , sed tantum hujusmodi libellis effecisse , ut citius faciliusque admitterentur in Ecclesiam . Eaq. ex caussa est (venio enim ad alterum caput de quo dixi queri S.Cyprianum) quod idem in *de lapsis* eos jure carpit , qui post impetratos a martyribus hujusmodi libellos satis sibi consultum putabant , nec amplius ab Episcopis curabant manuum impositione in fidelium recipi communitatem : *contra Evangelii vigorem* , inquit, *contra Domini , & Dei le-*

clavium significatu amplissimam non modo expellendi a regno coelorum h.e.
G Ec-

legem temeritate quorumdam laxatur incautis communicatio: irrita & falsa pax, periculosa dantibus, & nihil accipientibus profutura. Ex his vide, non novam a Cypriano induci disciplinam lapsorum per Episcopum reconciliandorum, quod Seldenus autumat; sed totam ab Evangelio arcessi & lege Dei. Hinc Baron. l. c. decernit: *Verum & illud certissimum est, quod ad hujusmodi libellos pertinet, non satis fuisse lapsis a martyribus pacem obtinuisse, nisi per Episcopum reconciliarentur Ecclesiae.* At cave putes ejusmodi martyrum libellos, seu commendatitias pro lapsis epistolas easdem fuisse, quae *Formatae*, quas ab Episcopis peregrinaturi accipiebant. Illas martyres & confessores pro poenitentibus conscribebant, ut postliminium eis restitueretur; has non nisi Episcopi dare poterant peregre profecturis. Ergo scite Albaspinaeus *not. in Concil. Illiber. c.* xxv. eos reprehendit, qui censent concilia Arelatense, & Illiberitanum prohibere martyres deinceps ejus generis libellos pro lapsis missitare. Enimvero interpretanda existimat de formatis litteris, quas in *alienas plebes* (ut ait concil. Carth. 1. can. 7.) immigraturis soli dabant Episcopi; sed qui pro Christo detinebantur in carceribus, saevientibus persecutionibus, scribere non recusabant. Jam vero ne consulto praetermissus a me videatur Tertullianus, pauca etiam de illo

Ecclesia, sed omnium administrandarum rerum spiritalium permitti facultatem quis non videt? Ergo non possum conquoquere Seldeni (1) sententiam qui

illo loquar. Nihil enim illorum constat, quae Seldenus ex ipsius verbis vult confici; tantum hinc libellorum antiquitas conspicitur, eorumque in Ecclesia auctoritas. ait enim *lib. ad Martyres* c 1. *quam pacem quidam in Ecclesia non habentes a martyribus in carcere exorare consueverunt*. Locus porro, quem depromit ex *cap.* 22. *de Pudicitia*, nihil aliud innuit, quam displicuisse Tertulliano jam Montanistae moechos in gratiam cum Ecclesia redire: *alii*, inquit, *ad metalla confugiunt*, & *communicatores revertuntur*.

(1) Nec minor obrepsit error Seldeno, cum omne ligandi solvendique pontificium, quod cum potestate clavium cohaeret, ad legis dumtaxat interpretandae redigit scientiam. Nimirum a notissima ligandi solvendique notione nata translatio est, ut omnia juris tam divini, quam humani vincula vocitentur obligationes. Hinc Theophilus Inst. lib. III. tit. 13. μητέρες τῶν ἀγωγῶν αἱ ἐνοχαὶ *matres actionum obligationes*. Qua locutione quidem usus est & Dominus Mat. v. 21. ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει *obligatus erit judicio*. Et prostat in Digestis titulus celeberrimus de solutionibus & liberationibus, quae sane ab eodem dicendi genere ductae sunt, opponunturq. obligationibus. Ergo ex hoc derivatur fonte divina prorsum illa nectendi vincula delinquentibus, sol-

qui nullam heic excommunicandi concedi poteſtatem dicit, ſed tantum aditum τοῖς ἔξω (ut loquitur Apoſtolus 1. ad Corint. v. 12.) *qui extra ſunt* aperiendi per catecheſin & ſacramenta, & admiſſos ſeu τοὺς ἔσω *qui intra ſunt* retinendi. Nam ſi claves ingreſſum in aedes patefaciunt, cur non etiam prae-

ſolvendique auctoritas. Iſtud profecto habuit in animo S. Hieronymus, cum ſcripſit: *Funibus peccatorum ſuorum unuſquiſque conſtringitur quos funes & quae vincula ſolvere poſſunt Apoſtoli imitantes magiſtrum ſuum, qui eis dixerat: quaecumq. ligaveritis in terra &c.* Enimvero δεῖν *ligare*, & λύειν *ſolvere* apud *Mat.* XVI. 19. tandundem ſonant, quod κρατεῖν *retinere* & ἀφιέναι *dimittere* apud *Joh.*XX.23. Utrumq. munus, cum omnium in rebus ſit potentiſſimum, Deus Pater, & Chriſtus κυρίως obeunt, ut paſſim legimus in novo foedere. At delegavit Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus Chriſtus, quo lubentius reconciliationis opus perficerent. Qua de cauſſa obſervat Ziegl. in *de Epiſc.l.3.c.*X. triplicem a Doctoribus diſtingui clavium poteſtatem: *auctoritatis, quae ad Deum ſpectat: excellentiae, quae ad Chriſtum hominem: & miniſterii, quae ad Sacerdotes.* Nec mirum autem SS. Patres omnibus Chriſtianis eandem facultatem facere; ut B. Auguſtinus *de verbo Dom. hom.* 15. *ſi fratrem habes*

cludant; seu si facultatem (taceo enim alterum clavium significatum, peccatis vid. solvendi, eademq. cum usus sit retinendi; de quo late differentem vid. Zieglerum *cap.* 10. *de Episcopis*, & Theologos passim) denotant adlegendorum fidelium, cur non etiam ejectionis a communitate Chri-

bes pro ethnico, & publicano, ligasti illum in terra; si correxeris fratrem, solvisti illum in terra. Nam cuncti Christiani non improprie (servata tamen ratione) dicuntur *solvere*, & *ligare*, cum objurgant peccatores, errantibusq. viam monstrant salutis. Apposite Galenus: *Qui mibi errata atq. peccata mea monstrat, magis servatorem meum duco, quam qui corpus aegrotum sanaverit*. Sic & σώζειν *salvare* proprium Dei est, & Christi hominis: ac tamen *Jacob.* v. 20. illi quoque tribuitur, qui alteri caussa salutis est: *Scire debet, quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam ejus a morte*. At vero Seldenus in eam id sententiam dictum putat, ut voces illae hebraicis אסור (interdictum, seu ligatum ex lege) & היתר (permissum, seu solutum) respondeant. Unde & Josephus de amplissimo Pharisaeorum sub Alexandra dominatu agens: *Rebus omnibus*, inquit, *praeerant ut administratores; submovendo & deponendo, quos vellent, solvendo item, & li*

Christianorum symbolum esse queant nescio? Itaq. & Paulus ibid. se judicare tantum profitetur, qui sunt intra, & eos, si hoc pati necesse sit, tradere satanae, h. e- excommunicare, ut totum caput legenti patet. Scio autem Seldenum l. c. cap. VIII. totum incestuosi Corinthii judicium non accipere

ligando (λύειντι και δεῖν). Et Dominus de rigidis Pharisaeorum scribarumq. legis interpretamentis sic: *alligant* (δεσμεύουσι) *onera gravia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum*. Hoc sensu negat Seldenus heic agi de scelerum obligationibus, vel solutionibus, cum tantum ea verba ad interpretationem legum doctrinamq. referri debeant: praesertim cum non personas, sed res respiciant; cum utrobiq. & in verbis Christi ad Petrum, & in ejusdem ad reliquos Apostolos extet ὃ & ὅσα *quicquid, & quaecumq.* Ego vero & hanc subjici notionem laudatis Domini verbis, & facultatem quoque ferendarum legum Ecclesiasticarum (nam ligare & solvere idem interdum sunt, quod legem ferre, ut patet ex veteri inscriptione apud Diod. Sic. Isidi Nysae in Arabia posita: ὅσα ἐγὼ δήσω, οὐδεὶς δύναται λῦσαι *quaecumq. ego ligavero, nemo poterit solvere:* ubi quoddam MS. ἐνομοθέτησα *lege lata praecepero*) iisdem concedi non dissenserim: sed quid impedimento est, quin etiam

re de anathemate. Nam primum verba illa (quae de ejectis capi oportere fatentur omnes) *cibum cum ejusmodi non capere*, *non commisceri*, uti & *haereticum vitare*, atque id genus alia in eadem epist. & in novo Testamento passim occurrentia non magis opinatur anathema significare, quam haec in Veteri : *Beatus vir*, *qui non abiit in consilio impiorum &c.* aut : *non sedi cum concilio vanitatis*, *& cum iniqua gerentibus non introibo*. Psal. 1. Utrobiq. enim ait nec epulas, nec commercium cum impiis agitandi, nec eis adsidendi peculiarem institutionem, seu consilium inculcari. Haec autem precario statuenti Seldeno doctiorem Grotii commentarium oggeremus. Nam illa verba Apostoli Corinthios increpantis : *Et vos inflati estis*, *& non magis luctum habuistis*, *ut tollatur de*

etiam ligandi peccata solvendiq. pontificium notent ? Neq. illud officit, quod Dominus dixerit *quidquid*, *& quaecumq.*: nam Joh. xx. 23. personarum extat explicatissima mentio : *quorum* (ἄν τινων) *remiseritis peccata &c.*

de medio vestri , qui hoc opus fecit : sic commentatur : *inflati estis majoris cujusdam sapientiae opinione , quae talia censet* ἀδιάφορα : *ita enim censebant & Cynici & Stoici . & non magis luctum habuistis: est metonymia adjuncti ; nam quia Ecclesia cum aliquem esset a suo consortio exclusura lugentium sumebat habitum , eo factum ut lugere dicatur pro excommunicare &c.* Mox quae sequuntur apud Apostolum *non commisceri cum ejusmodi*, *nec cibum sumere* interpretatur hoc modo: *Hebraeis* (nam antea dixerat , omnia laudabilia synagogae instituta, inter quae Nidduí , seu excommunicatio recensetur, adoptasse Apostolos) *morem fuisse cibum communem non sumere cum eo , qui erat in* נדוי *niddui , seu excommunicato*. Nescio autem quid sibi vult Seldenus , cum ut excommunicationis Apostolicae vim infringat , ait Syrum & Arabes , quae graece leguntur *judicavi . . . tradere Satanae*, & I. ad Timoth. 1. 20. *quos* (Hymenaeum & Alexandrum) *tradidi Satanae*, ver-

tere, *tradatis*. an vero versiones, quae textum obscurum aliquando adjuvant & lucem commodant, majorem fidem facient, quam ipsa exemplaria, unde translatae sunt? Sed esto : adesse jubet Apostolus omnes Corinthios testimonium haud dubie de incestu dicturos; sed eorum certe presbyterium vel judicat, vel exsequitur latam jam ab Apostolo sententiam. Jam vero quid illis facias, qui nullam hinc excommunicandi potestatem elici scribunt, quod *Satanae traditio*, quam comminatur heic D. Paulus, ad extraordinariam illam Apostolorum virgam pertineat, qua morbos immitebant in maleficos, & ipsam quandoque mortem inferebant: ut Petrus Ananiae & Saphirae, & Paulus Elymae Mago. Haec autem libenter darem, si Satanae traditio isthaec aut pars esset anathematis (uti censent) aut simplex devotio, seu dirarum imprecatio, quibus affecti statim corriperentur a Satana, misereq. admodum exstimularentur. At egregie Esthius illorum explosa sententia, qui Sa-

Satanae traditionem capiunt de corporis cruciatibus, haec adjicit: *Aliorum ſententiae potius accedendum videtur, qui traditionem hominis in poteſtatem Satanae, de qua Paulus agit, interpretantur ejectionem ejus ac ſeparationem a ſocietate fidelium, i. e. excommunicationem majorem, maxime eam, quae nominatim ac publice ſolemnibus adhibitis* (at iſta ſollemnia nono demum ſaeculo invaluerunt, cum eccleſiaſticae cenſurae ob frequentiorem uſum, & in cauſſis pauci ferme momenti adhibitae contemni coepiſſent; vid. Eſpen. in tract. hiſt. canon. de cenſ. Eccl. cap. v. §. VI) *adverſus aliquem fulminatur, ſive per Apoſtolum fiat, ſive per quemlibet Apoſtoli in ea poteſtate ſucceſſorem, non habita ratione corporalis alicujus vexationis per ſatanam inferendae*. Quamobrem deniq. dicantur ejecti tradi Satanae, exponit Innoc.I. ad Concil. Carthag. ſcribens, excluſos ab Eccleſia reſtituendos, *ne foris poſiti, & tanto praeſidio a fide munitionis excluſi periculis omnibus exponantur* de-

devorandi luporum dentibus atq. vexandi. Ex quibus perspicue cognoscitur, claves Ecclesiae solis Episcopis traditas, & quibus ipsi mandarint ejusmodi jurisdictionem (1). Qua de caussa cum perfrictae frontis monachus apud Theodor. *lib.* v. *cap. 36.* Theodosium Juniorem interdixisset ecclesiasti-

(1) Absit tamen, ut Principibus abstinendum censeam ab immodico censurarum usu temperando. Nam ipsis curandum est, ne quid detrimenti capiat Christiana Resp. *saepe per regnum terrenum* (inquit Concilium Parisiense ineunte nono saeculo celebratum) *coeleste regnum proficit: ut qui intra Ecclesiam positi contra fidem, & disciplinam Ecclesiae agunt, rigore principum conterantur* &c. Ac fuit quoddam tempus, cum Ecclesia gravissimam anathematis poenam non irrogaret, nisi raro, nec violentissimum adhiberet medicamentum, nisi cum paene jam actum esset de salute aegrotantis. Nec aliud insederat Chrysostomo in illa, quam Diaconus (ut censet Baronius ad *an. Chr.* 382.) ad populum Antiochenum Flavianae communionis fautorem, temereq. pronunciantem anathema adversae partis Paulinum Episcopum, habuit concionem: *Cur igitur* (inquit) *dignitatem tantam assumis, quae Apostolis tantum communicata, & iis, qui illorum sunt idonei successo-*

ſtico commercio, conſultus Epiſcopus ſcitiſſime reſpondit: μὴ χρῆναι παρὰ παντὸς δέχεσθαι τὸν δεσμὸν *non oportere ab omnibus injici vinculum* h.e. excommu-

ſores, vere pleni gratia & virtute? Jam Apoſtoli diligenter id mandati ſervarunt: ſic enim haereticos ejiciebant ex Eccleſiis, quaſi effodiendus eſſet dexter oculus: qua tempeſtiva membri defectione magnum ſibi compaſſionis & doloris indicium praeſeferebant. Ubi optime animadvertit Baron. l. c. §.50. *oſtendit enim Apoſtolos perraro, & peraegre ea uſos eſſe poteſtate*. Quod monuiſſe non inutile cenſui; nam heterodoxi mire eam detorquent, ut humanum inventum anathema effingant. Ac tantus quidem in Oriente huic Chryſoſtomi orationi habitus honor, ut, cum Conſtantinus Porphyrogenetus Imp., & Alexius Patriarcha in Synodo habita XI. ſaec. dixiſſent anathema ſeditioſos, defectionumq. auctores, vix centum annos poſt canones illos antiquatos fuiſſe, ſeu plane ἀπρακτεῖν ſcripſerit Balſamon in *Praef. ad comm. in Syn. Gang.* At vero inſtitutum ſanctiſſimum poſtmodum abiit in furorem & inſanam cupiditatem, ut evaſerit proinde vanum terriculamentum. Rem fuſius proſequitur Ziegl. *de Epiſc. c.XI. §.XXII. & ſeqq. quis vero*, inquit, *non indignetur, propter capram, propter oviculam furto ſubreptam, propter ſervitia denegata tantam illico intentari poenam* &c Ergo ſummi Principes nihil an-

municationem. vide *Bingh. Orig. Eccl. lib.* XIX. *c.* 3. Jam vero ad alterum pertranseamus consectarium, quod e laudato Cypriani loco prono veluti alveo fluit.

antiquius habuerunt, quam ut huic tantae frenum injicerent licentiae. Jam inde enim a VI. saec. Justinianus, quanta sit Principum in hoc negotio auctoritas, declaravit Novell. 123. cap. 11. *omnibus Episcopis, & Presbyteris interdicimus segregare aliquem a sacra communione, antequam caussa monstretur, propter quam sanctae regulae hoc fieri jubent*. Quanti autem Justiniani Novellae, & haec presertim, factae sint in Ecclesia tam Orientis, quam Occidentis, ostendunt Espenius *tr. hist. can. de Cens. Ecc.* c. 11. §. 5. & Seldenus *l.* 1. *de Syn. c.* 10. Hinc apud Ivonem Carnutensem *Decret. part.* 17. *cap.* 344. legitur capitulum vetus, unde apparet, in communitatem ecclesiasticam receptos, quos suae Reges mensae adhibuissent. Et Patres Concilii Toletani XII. an. 680. ita conqueruntur: *vidimus quosdam, & flevimus ex numero culpatorum* (aevo medio sic vocabantur ejecti) *receptos in gratiam principum extorres extitisse a collegio Sacerdotum*. Quibus equidem exemplis nec caruit antiquitas; ut quos Reges excepissent hospitio, id ipsis caedis perpetratae *καθαρσις* (piaculum) fuerit. Luculentum hujusce rei testimonium habes apud Herod. in Clio, ubi Adrastum memorat a Croeso Rege

fluit. illud autem est, quod Ecclesiae Pa-

gè familiariter exceptum & purgatum. Neq. vero discrepant hodierni mores nationum omnium; at instituta Galliae, Hispaniaeque innuisse sat est. Petrus quidem Pithaeus in *com. lib. Eccl. Gallic.* probat, sanxisse Reges Christianissimos, ne infligerentur in regios judices censurae propter jurisdictionis litigia; Quod si contra fieret, ipsorum Ecclesiasticorum bona caperentur. Et Petrus de Marca *lib.* IV. c. 21. sic optime disputat: *non inficias eo, quin jurisdictioni Ecclesiasticae liberum sit per Decretales summorum Pontificum fines suos excommunicationibus, vel interdictis tueri; unde crebris contentionibus saepissime foedata est Resp. Christiana. Illud contendo, regiis constitutionibus praescriptum esse ordinem, quem sequi oporteat ad dissidia avertenda* &c. Quin vero Gibertus in *Corp. Juris Can. tom.* 3. *tr. de Judic. Par. Princ.* II. *tit.* V. *sect.* I. appellationum ab abusu fundamentum esse quoddam in jure communi probat. Eademq. praeterea esse instituta Hispaniae, commonstrant Hieron. de Cevallos *tr. de cognitione per viam violentiae* &c. & Franciscus Salgado in *de Regia Protectione* &c. *Ex his jam praeactis* (sic Regem alloquitur de Cevallos) *hoc superest, licitum esse tuae Majestati, cum sis pater communis omnium, perscrutari, deprehendere, ac detinere quascumq. litteras judicis Ecclesiastici, adhuc etiam & diplomata Apostolica, quando ex sini-*

stra

Patres persuasione (1) mallent flectendos animos, quam miv inferendam peccantibus, nec ipsum statim spiritalem gladium stringendum, nisi post severissimam δοκιμασίαν. Utrumq. facile intelligitur ex Tertulliano l. c.: *ibidem* (nempe in sacris coetibus) *exhortationes, castigationes, & censura divina; nam*

stra relatione fuerint expedita, aut in manifestam pacis publicae deturbationem, patronatuum saecularium abrogationem, ac deniq. in tertii praejudicium.

(1) Observatu dignissima promit Ziegl. in de *Episc. c.* xxx. Civitatis enim πολίτευμα comparat cum regimine ecclesiastico. Ibi rationi consentaneum, ac juri gentium ostentat adhibendam vim ἀναγκαστικὴν; quod cum illud externum sit, ipsa etiam exterior disciplina postulat, ut qualis sit civium animus parum referat, modo in actibus extrinsecus appareat virtus. Haud eadem est ecclesiasticae disciplinae ratio, quae magis afficit conscientias hominum, & in rebus ἀοράτοις consistit. Ergo non exercitatur externa vi, manuq. armata, sed vi suasionis admonitionisq., cum verbum divinum ex se sit efficax, ut servare possit animas nostras *Jacob. I.* 21., & sit potentia Dei ad salutem omni credenti *ad Rom. I. 16.* Hinc Christianae Reip. aptari negat Arist. *lib. III. Polit. c.* 4. definitionem: πόλεως τάξις τῶν τε ἄλλων ἀρ-

nam & judicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conspectu, summumq. futuri judicii praejudicium est, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis & conventus & omnis sancti commercii relegetur. Et S.Chrysostomus *lib. II. de Sacerd. c.* 3. hanc pro-

ἀρχῶν καὶ μάλιστα τῆς κυρίας *civitatis ordinatio, ac tum aliorum magistratuum, tum praesertim illius, penes quem summa est potestatis*. Sed Petavius, ecclesiasticae monarchiae prae ceteris conditor, Aristotelicam finitionem Christianae πολιτείᾳ applicat *lib.III. de Eccl. Hier.* Ac tamen, cum & in invitos contra Salmasium jus dicere defendat Ecclesiam, finibus suis jurisdictionem ecclesiasticam coercet. Nam inquit cap. 13. *Ecclesiastica, & episcopalis potestas spiritalis est, & ad animum pertinet... quod si quid extrinsecus in puniendo geritur, quod in oculos, ac sensus hominum incurrat: cujusmodi est, ab ecclesiarum septis, & Christianis conventibus extrudi vi, & hujus generis alia; non haec per se se, sed alterius gratia, & indirecte ac secundario, ut dici solet, usurpantur*. sed redeamus ad Ziegl., qui producit divinarum litterarum testimonia, quae idem, quod ante dixi, facile conficiunt. Nam Paulus *ad Philip. III.* 20. *nostrum*, inquit, πολίτευμα (Reip. administratio) *in coelis est*. Et II. ad Corinth.

prodit differentiam (1) Ecclesiasticam inter civilemq. potestatem, quod haec utitur coercitione, blandis illa colloquiis,

rinth. x. 3. quae sint arma Ecclesiae, disertissime proponit: *in carne enim ambulantes non secundum carnem militamus; nam arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia Deo πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων ad eversionem arcium*. Unde & Jacobus Almainus doctor Parisien. *lib. de dom. nat, civil. & eccl.* cui consonant Johannes Gerson *tr. de potest. Eccl. cons.* 4. & Hugo S. Victore *tr. de Sacram.* (quos vide apud eundem l. c. §. XIX.): *de ratione*, inquit, *potestatis laicae est, posse poenam civilem infligere, ut sunt mors, exilium, bonorum privatio* &c. *sed nullam talem poenam ex institutione divina infligere potest potestas ecclesiastica, immo nec incarcerare, ut plerisq. doctoribus placet; sed ad solam poenam spiritualem extenditur, ut puta excommunicationem; reliquae autem poenae, quibus utitur, ex jure positivo sunt*.

(1) Ac multa satis quidem videntur mihi injecta verba de circumscriptis civili ecclesiasticaeq. potestati terminis *pag.*38. *& seqq.* quae heic refricare molestissimum foret; juvabit tamen quaedam leviter attingere, quae verbis quidem Johannis Launoi describere satius erit, sed aliqua veluti florum sparsione adornabimus. Haec autem Magnus Theologus *lib.* VI. *epist.* 14. habet: *Ceterum interea, quae hac in re Pontificem a Rege, puta Galliae* (quae

quiis, & auctoritate suadendi potius, quam jubendi potestate in bonam frugem recolligat, si qui a recto tramite aberrarint homines: *Expedit quidem judices*, inquit, *cum homines facinorosos leges transgressos fuisse deprehenderint, magna se praeditos auctoritate & potestate ostendant, eosdemq. vel invitos suos ipsorum mores* *mu-*

H

(quae heic Launoius de Rege Christianissimo praedicat, eadem ad omnes summos Principes sunt retrahenda) *perspicue discriminant*, *objiciunt se mihi quatuor. Unum est Pauli Samosateni Antiochiae i. e. tertiae sedis Episcopi depositio, & Domni in illius locum subrogatio. Antiochena synodus & Paulum deposuit, & Domnum in illius locum subrogavit, inconsulto prius Romano i. e. primae sedis Episcopo. At notum est in Gallia provinciae gubernatorem nec destitui, nec institui inconsulto Rege*. Heic Theologus noster adversarium habet Baronium, qui ad *an. Chr.* 265. tradit *a duobus Dionysiis Romano, & Alexandrino sublatum fuisse Paulum Samosatenum*. Quo me vertam igitur? utri palmam dedero? qui me norunt, profecto non latet, quam acerrimus ante hac Baronii fuerim defensor, quem magnum annalistam fatentur omnes. At nunc eum decepit latinus interpres S. Athanasii in lib. de Synod. *duo Dionysii ante eos septuaginta fuerunt, qui Samosatensem sustulerunt;*

mutare cogant : hic vero non vim afferre , sed suadere tantum oportet , atq. hac ratione meliorem efficere , quem emendandum susceperis . neq. enim nobis facultas tanta a legibus data ad delinquentes coercendos , ac ne si dedissent quidem , haberemus , ubi vim hujusmodi potentiamq. exercere possemus , quum Chri-

runt ; quorum alter Romae , alter Alexandriae Praesul erat . Sane quam ambigua est latina versio, ut incertum omnino sit, septuagintaue Patres Paulum de throno episcopali dejecerint , an duo Dionysii ? sed omnem *ἀμφιβολίαν* Greca tollunt : *Διονύσιοι γὰρ δύο γεγόνασιν ἔμπροσθεν πολὺ τῶν ἑβδομήκοντα τῶν καθελόντων Σαμοσατέα.* Vides hinc , non duobus Dionysiis, sed septuaginta Antiochenae Synodi patribus ejectum Samosatensis clarissime tribui . Adi Dallaeum *de usu Patrum l.I. c.* IV. & Petrum de Marca *lib.* VII. *cap.* 13. ubi perspicue demonstratur, depositiones episcoporum ex canonibus Nicaenis , & Sardicensibus olim *peragi solitas unica Episcoporum auctoritate* . Alterum discrimen petit Launojus a Nicanae Synodi can. IV. *hoc in canone* , inquit , *dum Episcopi ordinantur per provincias, Romani Antistitis consensus nec requiritur , nec intervenit ; metropolitani consensus requiritur , intervenit & sufficit . In Gallia ut rectores praeficiantur civitatibus Regis consensus requi-*

ri-

Christus eos aeterna corona donet, non qui coacti, sed qui certo animi proposito

H 2 *a pec-*

ritur, & necessarius est; quin etiam Rex ipse solus rectores civitatibus praeponit. Contra Petrus de Marca *lib. I. cap.* 7. jus inaugurandorum Episcoporum Patriarchis vindicat, ut, cum Nicaena synodus can. VI. antiquam in patriarchalibus sedibus servari jusserit consuetudinem, in eo sitam hic affirmet, ut *suburbicariarum Ecclesiarum* (de iis enim Nicaenum canonem recte Ruffinus *lib.* X. *Hist. c.* 6. interpretatur; nam orbis ceteroqui sollicitudinem gerit Pontifex) & Synodus, & ordinatio (antea enim posuerat, ad eundem indictionem synodi pertinere, ad quem ordinatio) & libera administratio Romano Episcopo assignetur; *ut Episcopo Alexandrino*, inquit, *Aegyptiaca dioecesis, & Antiochena orientalis*. Verum Dupinus in *de Antiq. Eccl. discip. Diss. I.* §. XII. pluribus tam e Conciliis, quam e summis Pontificibus conquisitis auctoritatibus probat, ordinationes Episcoporum fuisse semper Metropolitarum; quamvis non inficietur, jam inde a IV. saec. Patriarchas in hujusmodi jus metropoliticum invadere conatos; & in Gallia testatur ibid. ad XII. usque saec. Metropolitanos provinciae episcopos ordinasse. Nec vero ejusmodi juri can. IV. ejusdem concilii Metropolitanis quaesito ab altero canone, h. e. VI. quidquam detractum demonstrat l. c. §. ult., quin & confirmatum magis. Nam VI. can. non respicere

can-

a peccato abstinent. Praeclare itaque Franciscus Florens *Tract. de jurisd. eccles.*

tantum ordinationes Episcoporum ait, sed omnia jura Exarchatus (quem aetas posterior Patriarchatum dixit) *itaut Alexandrinus* inquit *Episcopus in Ecclesias, quae sunt in Aegypto, Libya, & Pentapoli potestatem habeat, & curam illarum gerat, procuretq. ut cuncta in illis secundum Ecclesiae leges fiant; quemadmodum Episcopus Romanus facit in provinciis suburbicariis, similiter & in Antiochia, & in aliis Ecclesiis, quae similia privilegia habent, iis illa serventur*. Sed manum de tabula, revertamurq. ad Launoi discrimina. Tertium igitur, quod Ecclesiasticam inter Civilemq. intercedit potestatem, arcessit ab Episcopis suffectis, & de una in alteram cathedram translatis; hujusmodi enim *μεταθεσεῖς* fiebant olim Metropolitanorum consensu, neglecta Pontif. Rom. voluntate; *donec novo jure eas Innoc. III. Apostolicae Sedi reservavit*, ut loquitur de Marca lib. VI. c. 8. *In Gallia*, inquit Launoius, *Rex pro arbitratu suo, & ut expedire sibi videtur, civitatum rectores amovet, in alia loca transfert, vel immunes, privatos, & sine potestate relinquit*. Ultimum quoque discrimen ejusdem Theologi verbis apponere cordi est. *Postremum est*, inquit, *Innocen. III., qui inter Galliae Regem & seipsum Rom. Pontif. discrimen illud instituit, ut in cap. per venerabilem pronunciet:* Regem in temporalibus superiorem minime reco-

clef. admonet, jutisdictionem, quae competat Episcopis in clericos praesertim & monachos (1), & interim etiam in laicos, totam in caussis spiritualibus consistere, in sacris vid., & caeremoniis, & ceteris omnibus, quae ad Religionem fidemque sartam tectam tuendam vel a divinis scripturis, vel a conci-

H 3 lio-

cognoscere. *Et in sermone II & III de consecratione Rom. Pontif. in spiritualibus Ecclesia etiam Romana inferiorem se libenter agnoscat. in serm. II. dicit;* in tantum mihi fides necessaria est, ut cum de ceteris peccatis Deum judicem habeam, propter solum peccatum, quod in fide committitur, possem ab Ecclesia judicari &c.

(1) Dolendum autem in tanta litterarum luce esse qui offendant, vel simulent caecutire. Atqui observatum jam est a doctissimis viris, non tantam ab impostura Peccatoris ecclesiasticae discíplinae inflictam calamitatem, quanta ab ipsis antiquorum γλωσσογραφῶν somniis inusta vastitas. Ecce tibi vetus Decrotorum interpres Johannes cum suopte finxisset ingenio, legem dioecesanam a jurisdictione discrepare; mirum equidem fuit, quot quantosq. viros deceperit disciplinae perniciosissima divisio. Tum enim ortum est effatum, monachos lege dioecesana solutos obligari tantummodo lege jurisdictionis. Nihil ineptius inveniri potuit, quod monasticam re-

liorum canonibus, vel a Principum deniq. constitutionibus sunt promulgata. Et tantam quidem sive jurisdictionem, sive potestatem & auctoritatem inesse presbyterio, ut vel cum imperio exerceat. Hinc & citare posse, & judicare, & sententiam insuper exsequi poenas tam in laicos, quam in clericos

regulam frangeret, vel penitus aboleret. Sic enim derogatum est juri communi, quod omnes omnino homines in qualibet dioecesi viventes spiritali subdit Episcoporum jurisdictioni; vid. Bingh. *lib.II. Orig. c.* 4. Nec tamen improbo συγκαταβασεῖς illas sive dispensationes, sive a summo jure migrationes, quas valde commendarunt SS. Patres. Quam enim aequitatem civilia jura comprobarunt, cur non eadem inveheretur etiam in Ecclesiam? Sed nunc in eo lis vertitur, an, si commune jus spectemus, exempti sint monachi ab Episcoporum potestate? Et ait quidem Johannes, & qui confertim sunt eum secuti. Fucum autem ei fecit can. III. Concilii Ilerdensis an. 524. habiti; ex quo conflati *can. I. c.* X. *q.* I. & *can. cum pro utilitate* XVI. *q.* I: *si ex laicis*, inquiunt Patres Ilerdenses, *quispiam a se factam Ecclesiam consecrari desiderat, nequaquam eam sub monasterii specie, ubi congregatio non* (pro *non* C.R. 3 habere *monachorum* notat heic Bohemerus) *colligitur, a dioecesana* le-

cos infligendo, ut hos suspendant, interdicant, deponant; illos autem excommunicent, & sacris arceant. Sed nullam ad extremum ait vel pecuniariam poenam inurere posse, vel capitalem. Itaq. non injuria Socrates VII. 7. Cyrillo Alexandrino succenset, quod *παρὰ τῆς ἱερατικῆς τάξεως praeter au-*

lege audeat segregare ... ea vero, quae in jure monasterii de facultatibus offeruntur, in nullo dioecesana ab Episcopo contingantur. Ex quibus subdititiam quamdam subfarcinarunt dioecesanam legem, quae omnia episcopalia jura praeter ea, quae sunt ordinis & jurisdictionis proprie dictae (hanc enim pressius vocant legem jurisdictionis) complectatur; ab eaq. monachos excipiunt. Verum discrimen istud heri vel nudius tertius adinventum vetus ignoravit Ecclesia. Unde & Concilium Chalcedonense *can.* IV. generatim cavit: *monachos, qui sunt in unaquaque regione, & civitate* (καθ' ἑκάστην πόλιν καὶ χώραν in quaque civitate & vico) *Episcopis subjectos esse*. Idem in conciliis Aurelian. Agath. & ipso deniq. Ilerd. statutum legimus, ut Abbates etiam Episcopo loci subjiciantur. Adde Justinian. Nov. v. ibi: *Monasteria degunt sub Episcopis territoriorum suorum, & abbatum quidem curam gerunt Episcopi*. Jam vero cum Ilerdense concilium, ut supra vidimus, Episcopos vetet de oblationibus

ctoritatis pontificiae modum suopte marte Novatianorum obserarit templa, & inde sustulerit vasa sacra, ac Theopemptum praeterea episcopum bonis omnibus exturbarit. Eamobrem Gregorius Papa, seu incertus auctor apud Gratianum *c.*VII. *caus.*23. *q.*5.: *reos*, inquit, *sanguinis defendat Ecclesia, ne effusione*

bus monasterio factis quicquam delibare, quod ceteroquin poterant per legem dioecesanam, (quae omnem Episcopi per universam dioecesim potestatem designabat, vid. Bohem. l. c., nam penes Episcopos bonorum Ecclesiasticorum, quorum pars multa fidelium oblationes, cura & administratio fuit, ut fusius ostendit Bing. lib.II. Orig. c.14. §. VI.) hinc oborta est occasio Johanni legem dioecesanam ab lege jurisdictionis distinguendi, ut ab illa synodus Ilerdensis, non itidem ab hac monachos exsolverit. Atqui non haec fuit Patrum Ilerdensium sententia, ut eos ab ulla episcopalis potestatis parte eos liberarent; sed tantum oblationum, quae iisdem obvenirent, usumfructum concesserunt; non prius in commune Episcoporum aerarium demore illatis, nec eorundem expectata dispensatione. Quod quidem privilegium inde natum, quod res monasteriorum non adeo tum amplae & copiosae; immo prorsus nullae extiterunt. Ceterum lex dioecesana nihil prorsum a jurisdictione differt. Unum quippe idem-

ne ſanguinis particeps fiat. Et Bohemerus ad cap. I. ead. q. de SS. Patrum interfatur ſententia, & ut pro ſordidatis implorent opem magiſtratuum, & ne miſerorum ſanguis profundatur, Epiſcopos prima habere. Ergo Martinus, & alii quamplures epiſcopi Ithacium e communione ſua repellendum ſanctiſſime judicarunt, quod a Maximo perviciſſent interimi Priſcillianum haereticum, ſatis ſuperq. ſufficere dictitantes, ut epiſcopali ſententia haeretici judicati eccleſiis pellerentur; Sulpic. Sever. *lib. II.* Inſanit propterea Seldenus *l. c. cap.* 10. nec ſibi conſtat, cum morem abſtinendi a ſanguine ab Juliani Apoſtatae deducit ſcommate, qui

idemq. eſt lex dioeceſana, jus dioeceſani, jus epiſcopale, & jurisdictio; ut Juſtinian. in Nov. 120. *δικαιοδοσίαν* vocat univerſam Epiſcopi poteſtatem, vid. Franc. Flor. *Tract. in cap. auditis de Praeſcrip. lib. II. Dec.* Itaq. cum Honorius III. omnium primus hanc veterum interpretum uſurpaſſet diſtinctionem, merito Innoc. IV. doctiſſimus Pontifex ad *cap. Dilectus de offic. judic. ordin.* mirari ſe ait novam hanc & inuſitatam differentiam.

qui Christianorum excandescens odio honores petere prohibuit, & exercere publica judicia, sic eos calumniatus, quod Ecclesia gladium non usurparet. Quid vero? nonne id magis magisq. vetustissimum probat institutum, ut hinc potius deflectendus sit inficetus Juliani *σαρκασμὸς*? Quid autem dicam de altero Seldeni effato, cum ibid. impudentius exporrecta fronte usum incutiendi anathematis cum ipsa Ecclesia coaevum post Constantini tempora etiam in *jure Caesareo* fundatum dicere non dubitavit? Num vero potestas illa, qua opus est Ecclesiae, ut perpetuo stet incolumis, civilibus quoque legibus praemunietur? Non abnuerim equidem, vel furentibus adhuc persecutionum procellis, ope principum usam Ecclesiam. Ita cum Antiochena synodus Paulum Samosatenum movisset Sacerdotio, & nollet hic Episcopi quas habitabat aedes relinquere Zenobiae Reginae quam instituerat fultus auxilio, Aurelianum advocarunt Catholici, qui Paulum aedibus pontificiis exturbari jussit:

sit: *Sic demum vir impudentissimus* ait Euseb. lib. VII. Hist. Eccl. c. 24., ὑπὸ τῆς κοσμικῆς ἀρχῆς ἐξελαύνεται τῆς ἐκκλησίας *a saeculari brachio expungitur ab Ecclesia*. Verum cardo quaestionis in hoc vertitur, an ea, qua sustinetur Ecclesia potestate, sive auctoritate, principum etiam constitutionibus innitatur? Negat Fleury *in cit. Disc.* ubi postquam ea numeravit, quae divinitus insunt jurisdictioni Ecclesiasticae, mox adjicit: telle est donc la jurisdiction essentielle à l' eglise, comme elle l' a reçuē de Jesus-Christ se soûtenant par elle-mēme, sans aucun secours de la puissance seculiere & se contenant dans ses bornes, sans rien entreprendre sur le temporel. elle se conserva dans cette pureté pendant les trois premiers siécles sous les empereurs payens; & jamais l' eglise ne fut plus forte ni plus heureuse &c. Ex quibus omnibus efficitur, omnem Ecclesiae potestatem, quam ei Christus & ad tutelam communicavit suiq.met conservationem, quamq. per tria prio-

ra

ra saecula usurpavit, religionem tantummodo spectasse. Ac talem profecto conditionem habeat necesse est, ut nulla vi frangi debilitarique possit. Hac enim veluti quodam fundamento labefactata, qui totum Ecclesiae sustentabitur aedificium? Hinc patet quo superiorum temporum haereticorum proruperit audacia, qui existere posse effutiverunt ecclesiasticum σύστημα, etiamsi mucronem spiritalem de medio tollamus. Nam ut omittam scelestissimas Thomae Erasti theses, quae vel sui similibus displicuere, quasq. confutare Bezam non piguit, cum apertissima scripturarum sensa connixus esset obfuscare, & commentititiis hominum inventis, non institutioni divinae tribuisset anathema; Bullingerus non modo rata habuit Erasti scripta, sed adjecit: *Ecclesiam veram esse posse, & dici Ecclesiam, quae excommunicatione hac careat. Rursus tamen contendimus, disciplinam esse debere in Ecclesia, ac satis esse, si ea administretur a magistratu*. Et in epist. ad Petrum Da-

Dathenum eundem appingit errorem Zuinglio, quem ait in urbe Bernensi disputasse in hanc sententiam: *Apostoli sub ethnico magistratu vixerunt, qui tamen scelera non puniverunt; sed ut & Ecclesia poenam scelerum aliquam haberet, admonitionem assumpsit, & exclusionem, quia gladio, quod ipsis minime committebatur, punire non poterant . . . quia vero jam Christianus magistratus scelera ipsa ipsemet suppliciis coercet, ideo excommunicatio non amplius necessaria est.* Ex his fontibus Seldenus *l. c. cap.* 9. *sub fin. & cap.* 10. hausit, primos Christianos ex coita secum societate, ac foedere (quale vidimus obtinuisse apud monachos ex Hieron; & apud collegia omni destituta jurisdictione, quorum statuta tantum obligant ex conventione; at in hoc potior est ecclesiastica potestas, cui auctoritatem impartit lex divina, & institutum Christi: vid. Ziegl. l. c.) & pactis conventis suam exercuisse jurisdictionem. Achilles Seldeni est Origenes *in Celsum lib. I. Primum,* in-

inquit Orig., *criminationis caput Celso est in Christianismum, pacta conventa* (συνθήκας; qui vertunt conventicula, vim graeci nominis non assequuntur) *clangulum invicem inire Christianos contra legum jussa. Nam pactorum alia fiunt in aperto, quae legibus nimirum sunt consona; alia occulta, quae contra leges contrahuntur. atq. in animo ei est calumniari agapen Christianorum, sic inter ipsos dictam, velut quae ob commune periculum instituta etiam ipsa superaret Bacchanalia*. At primum ridiculum est argumentum sumere ab hoste Christianae Religionis, qualis Celsus; deinde pacta isthaec conventa, uti clarissime liquet ex ipsis verbis Orig., sunt δύσφημα ἐκεῖνα μυθολογούμενα ἔργα *infamia illa & fabulosis in vulgus sparsa sermonibus facinora*, ut loquitur Just. Martyr Apol. II.; de quibus Tertull. Apolog. VII. *dicimur sceleratissimi de sacramento* (vox haec *sacramentum* mirificam, nisi divino, lucem affundit Orig.) *infanticidii, & pabulo inde, & post convivium incesto.* Sed

Sed usane sit aliquando Ecclesia per eadem de quibus loquimur tempora vel miti quadam coercitione, quam jurisdictionis firmamentum toties jam diximus, unde finiam non habeo. Experiar tamen, an in tanto saeculornm intervallo, & inter densas adeo tenebras conjectare quid possim, & veritatem caecis innumerabilium fabularum (nam ita omnium rerum initia comparata sunt ; & antiquissima patrum monumenta aut inquinata, aut temporum iniquitate deperdita) involucris obsitam in lucem proferre. Fustuarium enim aliquando adhibuisse Episcopos apud Burchardum *lib.* IX. *c.* 67. & Ivonem *part.* XIV. *c.* 115. invenio. Producunt enim c. IX. Concilii Illiberitani sic statuentem : *Decrevit S. Synodus, ut Episcopus ac ministri Episcoporum pro criminibus colonos flagellare cum virgis potestatem habeant propter metum aliorum, ut ipsi criminosi corrigantur, ut vel inviti poenitentiam agant, ne aeternaliter pereant.* Quamquam autem de hujusce synodi aetate non

non liqueat, ut post Constantini conversionem nonnulli habitam censeant; nihil tamen impedit, quominus ad Constantii Chlori tempora retroagatur, ut pluribus evincit Cabassutius in *Not. Eccl.* Quae cum ita sint, jam inde a tertio Christi saeculo modica coercitio usurpata est in Ecclesia. Atqui verberum infligendorum jus, ut & dicendae multae, & conjiciendi in vincula, quae *remedia praetoris* vocat Ulpianus *l.*1.*D. de ven. insp.*, mixti est imperii; ut praeter cetera declarat lex illa Ciceronis notissima: *magistratus nec obedientem civem multa, vinculis, verberibusque coerceto*. Quid ergo respondebimus ad haec? Primum in hoc canone non de homine libero sermo est, sed de colonis, quos adscriptitios fuisse scitur, & conditionis servilis ac obnoxiae, licet omnino servitutem non servierint, *sed conditionem deberent genitali solo propter agriculturam sub dominio possessorum*, ut ait S. Augustinus *lib.* 10. *de Civit. Dei*. Hinc & judicio vindicationis fugitivi redigebantur in colonatum,

tum, & aeque ac servi μάστιγι concastigabantur: vide *Du-Cang. in Gloss.* Eapropter si domini hujusmodi colonos a flagellis defendissent, non alia quam excommunicationis poena utpote liberi coerceri eod. can. jubentur. Deinde vehementissima mihi videtur canon hic νοθείας laborare suspicione, quod inter Illiberitanae synodi canones hodie non extat, ut e veteri Poenitentiali (1)

(1) Compertum enim est, frequentissime fustuarium ab Episcopis in poenitentes adhibitum, ordinariamq. Monachorum poenam verbera fuisse. Ceterum hujusmodi castigatio non in vindictam sanguinis transibat, ut loquitur Alex. III. in *c. 4. extra de raptoribus*, cum publica vindicta magistratus respiciat, ut vetita proinde sit in curiis ecclesiasticis hujusmodi flagellatio; ceu pluribus ostendit Espenius *P. III. tit.* XI. *c.* I. sed quemadmodum liberos aequum est parentes leviter verberare, ita olim Episcopi modica fustigatione poenitentes coarguebant. Itaq. S. Augustinus a Gratiano *c.* I. *c.* 23. *q.* 5. memoratus Marcellinum comitem adhortatur, ut quam *paternam diligentiam* in habendis Donatistarum quaestionibus praefetulerat, eamdem levibus verberibus contentus, uti fit ab Episcopis, in iis fervet puniendis: *quando*, inquit, *tantorum scelerum confessionem non ex-*

exscriptum verisimilius credam, & pro Illiberitano postmodum obrepsisse. Ita & a Gratian. *Dist.II. de Consecr. c.*21, & a Burchardo depromitur ex eodem Concilio canon, hoc modo: *omnis homo ante sacram communionem a propria uxore abstinere debet tribus, aut quatuor, aut octo diebus*. Egregie autem Stephanus

extendente aquuleo, non sulcantibus ungulis, non urentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisti. qui modus coercitionis a magistris artium liberalium, & ab ipsis parentibus adhibetur, ut & saepe in judiciis solet ab Episcopis adhiberi. Et jure S.Gregorius *c.* 1. *Dist.* 45. vituperat Episcopos illos, qui se formidari malebant verberum inflictione, quam pie coli foverique: *Quid autem de Episcopis, qui verberibus timeri volunt, canones dicant, bene fraternitas vestra novit* (digitum intendit ad can. 38. Apostolorum, qui deponi jubet Episcopos, Presbyteros, & Diaconos noxios virgis caedentes) *pastores enim facti sumus, non percussores... nova vero atq. inaudita est ista praedicatio, quae verberibus exigit fidem*. Nec injuria conqueritur Fleury in *troisiéme discours sur l'Hist. Eccl.* ab hujusmodi sive violentis, sive per magistratus extortis poenitentiis perniciem disciplinae quaesitam. Quod autem ad Monachos pertinet, eorum haud dubie vel ordinarium, vel frequentissi-

nus Baluzius in *notis ad Gratian.* in appendice Dialog. Anton. Aug. de Emend. ad Grat. editis advertit: *constitutionem istam non extare inter vulgatos canones Synodi Eliberitanae, videriq. esse ex veteri Poenitentiali, aut ex canone quodam Concilii Hibernensis, quod saepe canones Hibernici laudentur in veteribus libris tanquam ex Concilio Eliberitano.* Nec autem te turbent

tissimum supplicium fustigatio fuit. Ergo Cassianus *coll.* 11. *c.*16. de monachis verba faciens, ait: *vel plagis emendantur, vel expulsione purgantur.* Et memorabilis extat eadem de re Palladii locus apud Bingh. Orig. XVI. 3. quem consule, si libet. Quid mirum autem monachos tam male ab abbatibus suis acceptos, quandoquidem *prima apud eos* (inquit S. Hieronym. epist. 22. ad Eustoch.) *confoederatio erat, obedire majoribus & quidquid jussissent facere.* Miror magis, juniores quoque clericos flagellis reprimi jussos a concilio Agathensi, Matisconensi, & Epaonensi, aliisq. talibus: *si verborum increpatio*, inquit Agath. can. 38., *non emendaverit, etiam verberibus statuimus coerceri.* Cum autem concilia istaec habita sint post Constantini tempora, mirum non est, levem coercitionem ab Episcopis tum primum usurpari coeptam.

ministri episcoporum in Illiberitano canone memorati. Cave enim accipias pro satellitibus, aut apparitoribus, quos ante saeculum XII., cum operam juri civili dare coeperunt clerici, ex eoq. judicandi forma desumpta est, in curias ecclesiasticas una cum ceteris administris non invectos probat Espenius *P. III. tit. VI. c.* 1. Bene itaq. & apposite Fleury in cit. Disc. admonet: & par une autre loi de l' an. 408. il (Honorius) ordonne que la sentence arbitrale de l' evēque sera executee sans appel, comme celles du prefet du pretoire; & que l' execution s' en fera par les officiers des juges; preuve que les evēques n' en avoient point de semblabes. Atque equidem ex ipsa judicandi formula, quam in antiqua Ecclesiae disciplina legimus usurpatam, liquido constat, nec forum Episcopos habuisse, nec apparitiones, nec quidquam aliud, quod jusdicentis γνώρισμα sit. Nam qui talibus frui poterant, cum essent velut ex compromisso delecti judices, nec sententiam dicerent nisi

nisi in volentes? Sed tanta fuit tum episcoporum integritas, *tantumq.* (ait Zieglerus l. c.) *operabatur illa de tali arbitramento concepta fiducia, ut illi haud invitus qui succumbebat, pareret, cum non nisi quod justum esset, expectari ab eo posse crederetur.* Ergo Paulo Samosateno vitio tributa sunt apud Euseb *lib.* VII. *cap.* 7. κοσμικὰ ἀξιώματα *honores saeculares*, quod videl. *ducenarius* (ita dicti judices illi, qui de levioribus summis judicarent; Sueton. in Aug. 32.) *potius, quam Episcopus nuncupari voluerit* ... βαδίζων δημοσίᾳ καὶ δορυφορούμενος *incedens publicitus & satellitio constipatus* ... *tribunal & thronum sublimem* (βῆμα μὲν καὶ θρόνον ὑψηλὸν) *sibi construxerit non ut Christi discipulus; & secretum* (σήκρητον seu secretarium, quo judices in consilium mittebantur l. ult. C. ubi senat.) *perinde ac saeculares magistratus haberet, & appellaret.* Et Origenes conqueritur *esse quosdam episcopos, qui etiam malorum principum mundi excedere superbiam videantur, quique non solum*

lum quaerant sicut Reges acies praecedentes, & terribiles se, atque accessu difficiles maxime pauperibus exhibeant. tr. 31, & 32. *in Matt.* Formulam autem, quam dixi frequentatam in veteri Ecclesia, exhibent Constitutiones Apostolicae *lib.* II. *c.* 47. nec obscure colligitur e Tertulliani quem saepius memoravi loco *Apolog. c.* 39., & ex *epist.* 38. S. Cypriani: *desideratis*, inquit, *ut de Philumeno, & Fortunato hypodiaconis, & Favorino acolytho, qui medio tempore recesserunt, & nunc venerunt, quid mihi videatur, rescribam, cui rei non potui me solum judicem dare, cum multi adhuc de clero absentes sint, nec locum suum vel sero putaverunt, & haec singulorum tractanda sit & limanda plenius ratio non tantum cum collegis meis, sed & cum plebe ipsa universa.*

CAP.

C A P. IV.

De amplificata per Principes Chriſtianos eccleſiaſtica jurisdictione. Defenditur edictum Conſtantini contra Gothofredum. Epiſcoporum arbitria, quae obtinebant in veteri Eccleſia, per Imp. conſtitutiones perpetuata. Reges Francorum mirifice faverunt Eccleſiaſticis.

ITa ſe ſe habuit auctoritas eccleſiaſtica aduſq. Conſtantini tempora; nec tamen Iſidoriano capiti fuiſſe tum locum inde patet. Nam qui poterat noxae tradi non obediens Clericus, ſi per leges id non liceret Epiſcopis, nec ullum aliud poenarum genus tunc uſurpatum, niſi anathema, & depoſitio? Intelligo quidem adverſari mihi *can.*1. *cauſ.*XI. *q. I.* ibi: *nemo umquam Epiſcopum apud judicem ſaecularem, aut alios Clericos accuſare praeſumat.* Cum autem hic canon deſumptus dicatur ex epiſt. Caj, qui ſub Diocletiano floruit, eum merito Franciſcus Florens

tr. de jurisd. eccl. inter optima Isidori capita rejecit. Est enim prorsum incredibile, sub Imperatore pagano crimina clericorum ab episcopis judicata; cum & in Principum Christianorum constitutionibus solum Episcopis id honoris habitum sit, ut non possent accusari, nisi apud alios Episcopos, & in concilio; *l.* 12. *C. Theod. de episc. &c.* Ceteris clericis vix tributum legimus, ut in caussis dumtaxat ecclesiasticis apud Episcopos, vel Presbyteros (1) vocarentur, ibiq. fierent judicia; *l.*41.

(1) Nimirum gravate ferebant SS. Patres multiplicem illam dirimendarum litium sarcinam; quam & libentissime deponere cupiebat S. Augustinus, quo divinis litteris facilius vacaret: *quantum attinet*, inquit *in de oper. monach. c.* 29., *ad meum commodum, multo mallem per singulos dies certis horis, quantum in bene moderatis monasteriis constitutum est, aliquid manibus operari, & ceteras horas habere ad legendum & orandum, aut aliquid de divinis litteris agendum liberas, quam tumultuosissimas perplexitates caussarum alienarum pati de negotiis saecularibus vel judicando dirimendis, vel interveniendo praecidendis*. Quare ut eo se fasce levarent Episcopi, consueverunt caussarum cognitionem delegare Pres-

l. 41. *Cod. eod.* Sero tandem invaluit, ut caussae Clericorum, nec omnes omnino tamen, sed civiles tantummodo, definirentur ab Episcopis; id quod primum statutum in Concilio Carth. III., & Chalc. *can.* 9., & tralatum deinde est in celeberrimum Capitulare Aquisgranense auctoritate Caroli Magni promulgatum ejus regni anno 21. exhibetur autem ibi can. Chalc. contractus, hoc modo *ut si Clerici inter se negotium aliquod habuerint, a suo episcopo dijudicentur, non a saecularibus*. Vides hinc ὑποβολιμαῖον caput Isidorianum esse, ut alia pleraq. ex plurium legum συμπλόκῃ ferruminata. Atq. ut id perspicuum magis fiat, ampliatam deinceps a Christia-

Presbyteris, vel etiam diaconis, aliisq. clericis; quod patet ex eod. August. *Epist.* 110. & Concil. Tarrac. *can.* IV. Quin vero laicis interdum hujusmodi officium committebant. Quare Socrates VII. 37. Sylvanum memorat Troadis episcopum despecta clericorum avaritia, qui venalia habebant judicia, laicos postmodum dedisse semper judices. Unde & Binghamus Orig. *lib.II. c.7.* §.*ult.* cancellariorum laicorum originem non absurde ducit.

stianis Principibus potestatem ecclesiasticam prosequemur, & ex illorum legibus ostendemus caput *Clericus* contextum. Postquam enim deferbuit Romanorum imperatorum nefaria crudelitas, certatim principes christiani ecclesiam tueri occoeperunt, & novis usq. beneficiis locupletare, tum si personas ecclesiasticas respicias, tum earum bona & facultates. Sed operam ludunt, qui statim a Constantino splendorem hunc, quo hodie devenit, nactam defendunt ecclesiam. Qui enim consecuti sunt principes, & praesertim Galliarum Reges novis semper auctarunt incrementis jurisdictionem ecclesiae, quamvis plurima temerariis ausibus postmodum sint occupata; vid. Gentilem *lib.*3. *de Jurisd. c.* 16. Haec igitur omnia σὺν θεῷ proferemus in diam luminis auram, auspicantes a Constantini temporibus.

Hunc enim volunt, simul Christianismum ingressus est, amplissimam episcopis judicandi tribuisse potestatem ea lege, quae habetur in fin. Cod. Theod.

sub

ſub tit. *de epiſcopali judicio*. Duas autem huc uſq. ſententias eruditorum circa hanc legem invenire potui. Baronius ne ſuſpicatur quidem *νοθείας* vitium, ſed tanquam genuinam Conſtantini legem promit ad *an. Chr.* 314. eumq. ſequitur Seldenus *lib. I. de Syn. c.* 10.; & pro *γνησιότητος* nota producit MS. ſuum (quod e Guillelmi monachi Malmesburienſis fuiſſe peculio teſtatur Gothofredus) ubi non in calce Codicis proſtat, ſed inſeritur titulo *de Epiſc. Eccl. & Cleric.* Verum Jacobus Gothofredus in commentariis ad hanc legem pluribus argumentis evincit, non hanc ſolum, ſed & omnes alias, quas edidit Sirmondus in appendice Cod. Theod., eſſe ſubdititias. Et argumenta quidem ſunt ejuſmodi, quae niſi cum totius juriſprudentiae jactura nequeunt infringi; hinc & litteratiſſimi quique (1) in ejus ſententiam ita-

(1) Nec autem heic diutius immorabor refutandis leviſſimis argumentis, quae producit Altaſerra *de Juriſd. l. I. c.* 7. contra Fevretum

itarunt frequentes. Scilicet plurima fatetur ad veri similitudinem efficta, ut bonum Constantini nomen ementitum: Ablavius P. P., qui sub Constantino utiq. vixit, inscriptus; additus & promulgationis locus puta CPolis, diesq. & mensis; sed τῆν legis ὀυσίαν pugnare cum reliquis jurisprudentiae scitis con-

tum aliosq., ut Constantinianae legis auctoritatem adstruat. Ac duum quidem generum ejus argumenta sunt. quae contra Fevretum depromit, Fevretum quidem impugnant, sed legem Constantinianam non confirmant. Cetera sunt ejusmodi, quae bene procedunt, siquidem prius legis hujus ponamus ingenuitatem; secus invalida sunt. Principio optime advertit, quod etiamsi lex prostet sine consule & die, dubitari tamen de legis auctoritate nequit: cum & in utroq. Codice plures legantur leges consule & die destitutae; ac tamen extra dubitationis aleam sunt positae. Quibus ego lubenter adjecerim, heic adesse quidem diem, at annum modo desiderari, quippe cum sub finem legis reperiatur: *Datum III. Non. Maj Constantinopoli*. Nec facienda pluris est altera Fevreti ratio, quod haec Constitutio desit in Codice Justinian. quot enim, ait Altaserra, Constantini leges sive astu, sive quavis alia ratione praetermisit Justinianus in suo Codice: quotue laudavit in priore, mox facti

contendit. Mihi quid in hac re ſequi placeat, paucis eloquar, ne quem longo fatigem ſermone. Ajo igitur edictum illud, ad cujus normam latam eſſe legem hanc aſſeritur ab auctore, non eſſe cuſum ingenio falſariorum, ut Gothofredus ſcribit, ſed ab imperitis interpolatum, ex eoque conglutinatam no-

facti juſtiſſime poenitens neglexit in Codice rep. praelectionis? Quod demum ait Fevretus „ Innoc. III. in *cap. novit extra de judiciis* hanc conſtitutionem Conſtantini pro Theodoſiana habere, & laudare; id profecto factum eſt, ut obſervat Altaſerra, ex aetatis ſequioris ſtylo, quo quidquid in Cod. Theodoſ. habetur, ipſi tribuitur. Et imitatus eſt Pontifex Gratianum, qui in *c. quicumq.* XI: q. I. etiam adſcribit Theodoſio. Haec igitur, quae contra Fevretum diſputat Altaſerra, nihil moror; nam hinc non ſequitur, legem eſſe genuinam. Magis enim afficiunt hiſtoriam legis, quam ejusdem ſubſtantiam, quae regulis juris repugnat, ut probatum eſt in textu. Sed videamus alterius generis argumenta. Defendit enim poſt Conſtantini conſtitutionem Epiſcopos aditos amplius non velut arbitros, ſed judicum officio functos; primum quod quicumque epiſcoporum optaſſet judicium, adverſarium eo traheret vel invitum; quod luculentiſſimum eſt ordinarii ju-

novam legem, quae Constantini gerens nomen mirifice blandiretur ecclesiasticis. Tametsi vero persuasissimum habeam, pleraq. sub Constantini nomine supposita, quae facile fuit difflare viris doctis: cum & a priscis usque saeculis viguerit in Ecclesia mos magnis nominibus opera commentitia affingendi, nec ullum

judicii argumentum, quippe cum judicium reddatur in invitum *l.* 83. *D. de V. O.* §. *1;* & a scientibus volentibusq. compromittatur in arbitrum: deinde quod episcopi sententia non habeatur pro arbitrio, a quo potest appellari, sed tantam hinc acceperit auctoritatem, ut retractari nequeat, eodemq. jure censeatur, quo P. P. sententia. Quin & episcopos vult revocasse sententias judicum, & eo audaciae deinceps processum, ut presbiteri & monachi damnatos eximerent. At haec, salva quidem legis substantia, facile sustinebuntur. Quod si illa corruet, omnia haec consectaria in nihilum abibunt. Sunt tamen quaedam, quae vel seclusa commenticia hac Constantiniana lege admitti possunt. Cum enim ex Sozomeno certissimum sit Constantinum judicandi potestatem Episcopis dilargitum; haud dubie postmodum Episcopi non arbitris accensebantur, sed judicibus ordinariis quodammodo, & magistratibus. Nec tamen illorum judicia reor arbitriorum limiter

lum injecerint sibi talium scrupulum impostores, quas & pias fraudes titulare non veriti sint; de quibus vid. Dallaeum in *de usu Patrum lib.I. c.* 3. Quis tamen haereat, genuinum habere Constantini quoddam edictum judicandi potestatem faciens Episcopis, quod quidem injuria temporum deperierit; sed

tes praetergressa; nam impostoris artificium illud est, edicto Constantini adjecisse verba haec: *etiamsi alia pars refragatur*. Pugnant enim cum ceteris ejusdem generis legibus, ut infra dicam. Quid autem Altaserrae reponam, qui potestatem Episcopi cum potestate P.P. aequatam ostendit, quod ab utriusq. sententia nequierit appellari. Ego vero fateor, quod si Constantiniana lex vera sit, non modo utriusq. potestatem aequatam, sed & illam longe superatam ab Episcopis; propterea quod a sententia Praef. praet. quamvis provocari non potuerit, sicut & a senatus decretis: ea tamen poterant retractari; v. Scip. Gentit. *de Jurisd. lib.I c.* 10. Atqui caussis per Episcopos finitis παλινδικίαν lex Constan. non concedit; refer animum sis ad ea, quae mox adnotabimus una cum Petro de Marca. Episcopos ait praeterea rescidisse sententias judicum; quod & Baronius ad *an. Chr.* 326. 89. persuasum habet. Verum Episcopos memini reos a judicibus saepissime deprecatos; eorum autem sententias retractasse

sed ejusdem generis legem memoret Sozomenus? Nimirum Constantinus futurum sperans, ut fraudem dolumque malum, quae saepe lites intervertunt, emacularet religio, quam numquam non injicit Episcopi praesentia, arbitria ab ipso conditu Ecclesiae inter Christianos frequentata publica (1) muni-

ctasse non memini: vid. *pag.* 121. & Bingh. *Orig. lib. II. c.* 8. eoq. referendum est Nicolai Myrensis factum a Baronio ibid. laudatum. Et prorsum aliena sunt, quae de cohibita presbyterorum, & monachorum temeritate profert. Nam eo licentiae Clerici devenerant, ut existimat Cujacius ad *lib. 6. de episc. aud.* exemplo pontificum ethnicorum, quorum occursus eripiebat damnatos. Quive ducebantur ad flagra, si ad pedes flaminis dialis acidissent, religio erat eapte die caedi. Quin etiam *vinctum. si aedes ejus introjerit* (flamens dialis) *solvi necessum est, & vincula per impluvium in tegulas subduci, atq. inde foras in viam demitti*, ait Gellius N.A. *l.* x. *c.* 15.

(1) Quae mirifice quidem illustrat integra constitutio Arcadii & Honorii, cujus pars tantum recitatur in *l.* 8. *Cod. de episc. audien.* haec enim in integra lege habentur: *cum possint privati inter consentientes, judice nesciente, audire; his licere id patimur, quos necessario veneramur.* At differunt arbitri privati

nivit auctoritate. Neque S. Basilius aliam reddit rationem commentariensem quemdam monens *epist.* 286. ut ad se mittat, qui vestes pauperum ἐν συνόδῳ (in Ecclesia) suffurati fuerant: ἃ γὰρ αἱ τῶν δικαστηρίων πληγαὶ οὐκ ἐργάζονται, ταῦτα ἔγνωμεν πολλάκις τὰ φοβερὰ κρίματα τοῦ κυρίου κατορθοῦντα

K

vati ab episcopis; coguntur enim illi a magistratu dicere sententiam, si compromissum intervenerit *l.* 3. *D. de receptis*: episcoporum arbitria compromisso soluta sunt, nec judicare compelluntur. Sic enim interpretatur egregie Franc. Florens *tr. de jurisd. eccl. ad can.* 35., 36, & 37. verba illa d. l. 7. *de epis. aud. more arbitri sponte residentis.* Ergo a carceribus adusque litis ultimam lineam inter volentes tantum exercebantur hujusmodi arbitria, ut posset propterea Episcopus ante sententiam sponte dimittere susceptum judicium, & ab eopte litigatores cum vellent discedere. Valentiniani quidem Novella vinculum compromissi praeire jussit; sed recte Florens ibid. advertit, id antiquatum a Justiniano, qui Nov. Valentiniani praetermisit posthabuitq. laudatis Honorii, & Arcadii constitutionibus. Item ab arbitri sententia poterat appellari; secus ab episcopi judicio: intellige autem eos arbitros, e quorum vid. sententia nascitur actio, vel exceptio judicati. Duum enim generum ar-

τα *quae enim tribunalium plagae non efficiunt, haec novimus multoties tremenda judicia Domini emendare*. Ergo cum antea arbitrorum tantum partes sustinerent Episcopi, post Constantinum judicum quoque proprie dictorum personas gerere poterant, ut ait Ziegl. *lib.* 3. *de Episc. cap.* 30. Quid igitur est, quod edictum tulisse negemus Constantinum, quo potestas concessa sit episcopis definiendi per arbitria Christianorum controversias; quod cum interpolasset incertus auctor, memoravit tamen in laudata lege? Verum quidem est, eos opinionem fallere, qui putant ad eam legem intendisse digitum Eusebium in *vita Const. lib.* 4. *c.*27.,

arbitri fuere, voluntarii alii, alii juris; a primis non recte, ab alteris autem poterat appellari; vide v. cl. Josephum Cyrillum *Instit. Canon. lib. III. tit.* v. ubi etiam textus utriusq. juris repugnantes ad concordiam vocat. Non recte igitur *Ziegl. lib.* 3. *de episc. c.* 30. §. 86. statuit, conforme esse juri communi, quod ab episcoporum arbitrio nequiret appellari. Nam si hoc est, quid nova opus fuit principis largitione?

c. 27. , cum ſcribit : *jam quae ab epiſcopis in publicis conventibus* (ἐν συνόδοις) *editae erant regulae* , *ſua conſignabat & confirmabat auctoritate*. Nam optime animadvertit Gothofredus heic agi de ſtatutis ſynodalibus . At certe Sozomenus *lib. I. c.* 9. hujuſce ſententiam edicti expreſſit his verbis : *Epiſcoporum advocare judicium permiſit litigantium arbitrio* (ἐπέτρεψε τοῖς δικαζομένοις) , *ſi vellent magiſtratus civiles rejicere : eorum autem ſententia rata eſſet* , *aliorumq. judicum ſententiis praevaleret*, *perinde ac ſi ab ipſo principe dicta fuiſſet*: *utq. res ab Epiſcopis judicatas rectores provinciarum*, *eorumq. officiales exſecutioni mandarent* . Jam vero proferamus tandem verba legis , ut verum a falſo ſecernere facile poſſimus : *ſancimus namq.* (*ſicut edicti noſtri forma declarat*) *ſententias epiſcoporum quolibet genere prolatas ſine aliqua aetatis diſcretione inviolatas ſemper incorruptaſq. ſervari* . . . . *sive itaq. inter minores*, *sive inter majores ab epiſcopis fuerit judicatum*, *apud*

vos , qui judiciorum summam tenetis , & apud ceteros omnes judices ad executionem volumus pervenire . Huc usque, nisi fallor , integer est Constantinus , nec adhuc e manu quidquam accessit obstetricia. Nam ad amussim haec quadrant ad ea , quae refert Sozomenus ; nisi emblema velimus esse verba illa : *sive inter minores , sive inter majores :* cum de suo memoriosus interpolator adjecturus esset : *nec liceat alterius retractare negotium, quod episcoporum sententia deciderit* . Certi enim juris est , gaudere minores restitutionis in integrum beneficio ; quod tantum utrique juri probatur (1) , ut ad ecclesias etiam

(1) Restitutionis equidem beneficium antiquissimum est in Ecclesia . Concilium enim Sardicense caussas ecclesiasticas retractandi jus, quod olim soli principes defungebantur, communicavit cum episcopo Romano *can. III.* junct. *can.* IV. & VII. Cum enim Nicaena Synodus ab episcopis provinciae dejici jussisset noxios episcopos , Sardicensis novum omnino jus reclamandi condidit, & opem Pontificis implorandi ; ut hic judices daret vicinae provinciae , qui simul cum episcopis , qui eos deposuerant , negotium retractarent . Sequor enim Pe-

etiam traductum sit. Quin vero hujusmodi jus *adeo obtinet*, inquit Langellottus Inst. lib. III. tit. 18., *ut etiamsi ab apostolico sententia lata fuerit, non propterea magis in integrum restitutionis petitio impediatur*. Jam porro quae sequuntur, partim ex edicto Constantini conflata, partim adscita sunt :

Petrum de Marca *lib.* VII. *de Conc. c.*3., qui verba *provocandi*, & *appellandi* a concilio καταχρηστικῶς usurpata contendit : *quod retractatio*, inquit, *vicem subeat appellationis; unde factum, ut sequens aetas existimaverit, in his canonibus agi de vera appellatione juxta propriam hujus vocis significationem*. Non autem parui refert, utrum retractatio sit, an appellatio. Haec siquidem integram caussam remittit ad superiorem, qui eam cognoscit definitq. in suo tribunali ; at revisio judicium relinquit priori jurisdictioni, adjectis tamen novis judicibus, qui una cum ea caussam revideant, ut constat ex graeca constitutione, quam vulgavit Cujacius in *Obser.* Ergo ex Sardicensibus canonibus id tantum juris sum. Pontifici concessum, ut appellatus a dejectis posset alios delegare judices, qui cum prioribus depositionis caussam recuderent. Eapropter, ut obseruat de Marca l. c., Dionysius in lemmate hujus canonis non aliud, quam retractationis vocabulum usurpavit : *De provinciali sy-*

ſcoporum judicia vel poſt Conſtantini tempora (quod manifeſtum facit lex Arcadii & Honorii mox depromenda) fuerint arbitria ; qui poterit lis conteſtata apud judicem ordinarium amandari ad epiſcopale judicium , alterutro litigatore diſſentiente ? Et leges principum Conſtantino poſteriorum nominatim partium conſenſum requirunt ; ut in legg. 7. & 8. Arcadii & Honorii Cod. de Epiſc. Audien. cautum invenitur . In prima enim haec habentur : *si qui ex conſenſu apud ſacrae legis antiſtitem litigare voluerint , non vetabuntur ; ſed experientur illius in civili dumtaxat negotio , more arbitri ſponte residentis , judicium* . In altera vero ſic : *epiſcopale judicium ratum sit omnibus , qui ſe audiri a ſacerdotibus elegerint , eamq. illorum judicationi adhi-*

gem inducere putaverint, ut orientales epiſcopi ab occidentalibus judicarentur, & quod ſeſe judices judicum conſtituere, & orientalium ſententiam refricare voluerint &c.

bibendam esse reverentiam jubemus, *quam vestris deferri necesse est potestatibus*, *a quibus non licet provocare*. Ad has profecto leges existimaverim animum advertisse S. Basilium *epist.* 307. *edit. Cong. S. Mauri*. Hortatur enim episcopumne, an presbyterum? (nam incertum est, cum epist. sine inscriptione sit) ut tum demum caussas cognoscant, cum utraq. pars consentit: γινοῦ δὴ βοηθὸς μάλιστα μὲν αμφοτέροις τοῖς κρινομένοις *sis ergo adjutor maxime quidem utriq. litiganti*. Quamquam autem haec omnia tam juris loca, quam SS. Patrum testimonia luculenter evincant, episcopos arbitros sumptos nihil aliud habuisse, quam simplicem caussarum notionem, cum exequi nequirent latas a se sententias, quemadmodum & Ziegl. observavit *lib.* 3. *de Episc. c.* 30. §. 39. tamen eidem assentiri nequeo, qui cum pedaneis judicibus episcopos exaequat, si praescriptam formulam, quibus isti adstringebantur, excipias. Episcopos enim arbitros capi solitos exploratissimum est; at numquam

quam inducar, ut pedaneis accenſeam. Rectius in numerum ordinariorum judicum retulerim, quod omnibus per principum conſtitutiones indultum ſit eos arbitros eligere, cum antea ex praecepto dumtaxat apoſtolico id muneris obierint. Quis enim epiſcopi dignitatem, vel principis beneficentiam adeo dejectum iverit? Itaque melius ii comparabuntur cum judicibus a Principe datis, quos hodie vocant Commiſſarios, & leges Caroli Magni Miſſos, de quibus infra; quamquam hi jurisdictionem habuerint, ſive exequendae ſententiae poteſtatem. Et ſane pedanei judices dicuntur privati, quod ex privatis darentur judices; v. Gent. *lib. II. de jurisd. c.* 8. Quis autem poſt aetatem Conſtantini privatos judices dixerit epiſcopos, & non potius ordinarios? Ac bene Franciſcus Florens *tr. de jurisd.* diſtinguit inter jus civile, & canonicum; ut ex jure civili liberum eſſet, ſive actor eſſet clericus, ſive laicus, clericum vel ad ſaeculares judices, vel ad epiſcopos vo-

vocare. At Concilium Chalcedonense (1) *can.* 9. quem refert Gratianus *can.* 46. *c.* XI. *q.* I. & Gregorius IX. *c.* I. *de foro comp.*, statuit, ut si Clericus adversus episcopum litem haberet, adiret synodum provinciae: si vero adversus metropolitanum ageret, vel appellaret primatem, quem Graeci vocant

(1) Jam inde enim a medio V. saeculo cogitarunt episcopi jurisdictionis suae proferre pomoeria; ut adnotavit Fleury in *sept. discurs.* §. IV. Eaque ex caussa fuisse dicit, quod Valentinianus III. an. Chr. 452. h. e. anno post celebratum Chalcedonense concilium ederet celeberrimam illam Novellam *tit. de episc. judic.*, quam ipse concinne admodum redigit in epitomen d. l. que l'evêque n'a pouvoir de juger, même les clercs, que de leur consentement, & en vertu d' un compromis (quam quidem compromissi necessitatem remisisse Majoranum Novella sua, quae hodie non extat integra, & ne verbum quidem de relaxato hoc vinculo in eo fragmento injicitur, notat interpres ad Nov. Valen. Certe Justinianus, ut ante dixi, anteriorum Valentiniano principum constitutiones inseruit codici, ut hinc palam fit, abrogasse Novellam Valentiniani). Parce qu' il est certain que les evêques & les prêtres n' ont point de tribunal établi par les loix (merito heic vapulat Ziegl. l. c.

cant ἔξαρχον, vel CPolitanum patriarcham. Quod ſane jus ſingulare ſtatutum eſt ad ineundam gratiam Patriarchae CPolitani. Nam ante Chalc. Metropolitani ſolum Primatem congruum judicem agnoverunt. At temporum decurſu patriarcha CPolitanus in ea omnia jura invaſit, uno nomine exarchis re-

l. c. qui forum epiſcoſcopis ſtatim a Conſtantini temporibus attribuit), & ne peuvent connoitre, que les cauſes de religion, ſuivant les conſtitutions d'Arcade & Honorius. Les clercs ſont obliges de repondre devant les juges, ſoit pour les civil, ſoit pour le criminel: ſeulement les évêques & les prêtres auront le privilege de ſe defendre par procureur en matiere criminelle. Verum ut id quod res eſt fatear, quarto vertente ſaeculo Carthaginenſe III. optimorum epiſcoporum frequentia nobile ſimilia paene Chalcedonenſi Concilio ſtabiliverat. Nam in *can.* 9., quem promit Gratianus *c.* 43. *c.* XI. *q.* I. haec leguntur: *placuit, ut quisquis epiſcoporum, presbyterorum, & diaconorum, ſeu clericorum, cum in eccleſia ei crimen fuerit intentatum, vel civilis cauſſa fuerit commota, ſi derelicto eccleſiaſtico judicio, publicis judiciis purgari voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat: & hoc in criminali actione: in civili vero perdat, quod* evi-

relicto. Unde & Zonaras *ad d. can. 9.* ignorare se ait, quid sit exarchus. Et Balsamo ad eund. can. qui sint, & habeantur exarchi, explicat quidem, sed omnibus primatus juribus aevo suo attestatur excidisse. Quod vero de actore clerico adversus episcopum adnotavimus, idem paene dicendum, si cle-

evicit, si locum suum obtinere maluerit. Non me latet, in hoc exponendo canone mire sese torquere interpretes. Et Graeci quidem eum ita capiunt, ut in omnibus clericorum caussis, cujusvis demum generis sint, congruus judex sit episcopus; etsi Balsamo testetur, hunc canonem, & id genus alios, antiquatum in oriente, praesertim si principis impetrato rescripto ab episcopis judicium transferatur ad judices. Sed Christophorus Justellus intelligendum existimat de clericorum illorum levitate, qui post inchoatum apud episcopum negotium ad magistratus curant rejiciendum. Zieglerus praeterea de iis accipit, qui caussam agendi coram publico judice veniam ab episcopo prius non petant, in eamque sententiam laudat concilium Vernense habitum an. 755., quod sic ait interpretatum canonem Carthaginiensem. At Florens istud temperamentum adjectum tum primum a Vernensi scribit. Nec aliter explicandum putat Zieglerus canonem Chalcedonensem, ut non ex-

clericus cum conclerico jurgia confundat. Nam idem canon fic loquitur : *fi clericus adverſum clericum habeat negotium , non relinquat ſuum epiſcopum , & ad ſaecularia judicia non concurrat , ſed prius negotium agitetur apud proprium epiſcopum : vel certe ſi fuerit negotium ipſius Epiſcopi apud arbitros ex*

excludat omnino judicia ſaecularia , ſed requirat , antequam res geratur , epiſcopi permiſſum , ut de ejus ſententia vel agitetur cauſſa apud judices , vel arbitri ſumantur . Sic interpretatur porro canones omnes ſecutorum conciliorum , quos videſis apud eundem tot. *cap.* 30. *lib. III. de Epiſc.* vel ſi mavis in unum aſpectum conjectos contemplari , adi Franc. Flor. l. c. *ad can.* 2. 3. 6. *&c.* Jam neq. Zonaras meo quidem judicio rectius argumentatur , cum ita ſtatuendi ſynodos tradit eam habuiſſe rationem, quod ſi epiſcopo inconſulto inſtitueretur negotium apud laicos , id profecto contemptui epiſcoporum cederet & injuriae : τοῦτο εἰς περιφρόνησιν, καὶ ὕβριν τοῦ ἐπισκόπου ἐστιν . Quae enim contumelia Epiſcopis infertur , ſi puplici judices adeantur ? Ergo tu mecum ſic ſtatue : non omnino exemiſſe Patres Chalcedonenſes , & Chathaginienſes a civilibus judiciis clericos. Qui enim poterant contra explicatiſſima legum ſenſa ? ſed cum per principum conſtitutiones optio cleri-

ex utraque parte electos audiatur negotium. Animadversum est autem, hunc canonem referri a Gratiano ex antiquissima versione. Itaque melius Corr. Rom. ex graeco sic reddunt: *vel certe ex ipsius episcopi sententia apud eos, quos utraque pars voluerit, ea quae ad judicium pertinent agitentur*. Vides hinc le-

ricorum esset, vel episcopos capere arbitros, vel adire publicos judices, vel potius ex constitutionee Leonis provinciarum rectores; SS. Patres, qui se posthabitis eos viderent publica judicia consectari, tantae licentiae frenum injecerunt. Adde, quod cum negotiorum ecclesiasticorum, ut infra dicam, judices semper extiterint Episcopi, antequam lis apud judices iniretur, se consultos jure voluerunt, ut, si ita res esset, ipsi judicarent, aut si caussa civilis foret, ne clerici diutius a divinis officiis abducerentur, amice curarent componendum. Quae ut facilius mihi persuadeam, facit clausula d. can. Charthaginiensis, quicumque tandem eam adjecerit; nam deesse in omnibus codicibus tam graecis, quam latinis adnotat Justellus ad C. Eccl. Afric.: *Siquidem ad eligendos judices inique de ecclesiae consortio judicat, qui de universa ecclesia male sentiendo, de judicio saeculari poscit auxilium, cum privatorum Christianorum caussas Apostolus etiam ad Ecclesiam deferri, atq. ibi de-*

legem Constantinianam in juris communis regulas peccare, cum trahi jubet adversarium ad episcopale judicium, altero recusante litigatore. Reliqua nunc videamus, quae legem eamdem falsitatis arguant. Ait enim subdititius Constantinus, sive lis contesta sit apud judicem, sive non coepta sit, statim ad episcopum transmittendam, si litigantium

determinari praecipiat. Quod si res aliter se habuit, cur Gregorius M. *c.* 38. *&* 39. XI. *q. I.* Ecclesiae Rom. defensores (quos olim mittebant Pontifices in varias orbis Christiani partes cum mandatis, & quadam in episcopos jurisdictione patrimonium D. Petri procuraturos) observare jubet Nov. 123. Justiniani? Neque officit, quod S. Raymundus haec eadem B. Gregorii mandata recolens, ad Bonifacium defensorem Corsicae, nullam injiciat mentionem de judicibus laicis; nam ad aevi sui mores se accommodavit, quibus nihil laicis in clericorum caussis rel'ctum erat. Nam Gregorius IX. *cap.* 13. *de Foro comp.* sanxerat, ne consentiente quidem Episcopo clericorum caussas permitti posse laicis. De quo statuto loquens Cujacius ad *cap.* I. *eod. tit. Decr. quod non magna*, inquit, *ratione nititur. Nam quod fit ex consensu episcopi, & ex consensu utriusque partis permissa cognitione laico, cur non erit ratum ac firmum &c.?* Ceterum commodissime Fleury d. l. ex Synodorum Nationalium institutis

tium alteruter id postulaverit. At explorati juris est, quod ubi lis coepta est, ibi terminari debeat *l. ubi D. de judic.* Exceptionum enim dilatorias alias, alias esse peremptorias nemo omnium ignorat. Et peremptoriae quidem litem omnino perimunt, ut exceptio rei

tutis immodica jurisdictionis ecclesiae augmenta derivat. Cum enim antea utraque potestas mutuis se coleret officiis, omnia post bardarorum tempora pessum ivere. Nam postquam hi clericatum amplexi sunt, suos efferos mores invexerunt in Ecclesiam. Quapropter milites episcopi visi sunt, & venatores. Cum autem ob feuda, quae obtinuerunt, publicis interesse conventibus cogerentur, eadem & concilia nationalia fuerunt, & communes coetus. Or je (inquit) regarde ces assemblees comme la principale source de l'extension de la jurisdiction ecclesiastique hors ses bornes, & des entreprises sur la temporelle. Nous en voyons un terrible exemple dès la fin du septiéme siecle au douziéme concile de Tolede, qui déclara le roi Vamba déchu de la couronne, & ses sviets décharges de leur serment. Mox indicat, quantas egerit aetate postera radices ejusmodi opinio. Eodem obseruat accessisse falsas deiretales Isidori peccatoris, quae in decretum Gratiani (quod per quatuor saecula unicum habitum est ecclesiastica negotia terminandi exemplar & norma

rei judicatae, exceptio pacti perpetui de numquam petenda pecunia, aliaeq: & opponuntur quandocumq. ante rem judicatam *l.* 4. & 8. *C. de excep.* & interdum etiam post rem judicatam. Dilatoriae autem sunt, quae caussam morantur, & praesens in tempus omittunt, veluti exceptio pacti temporarii, puta ne pecunia petatur intra triennium, & exceptio fori, quae & de-

ma) conjectae, novum & illud jus praeter cetera intulerunt, quod omnino Clerici laicis non subjiciantur. Quod ut probet Gratianus, quatuor promit falsi commatis decretales: primam desumptam ex epist. Caj ad Felicem episcopum; alteram ex epist. II. Marcellini; tertiam ex Sylvestro in Conc. Rom.; ultimam ex epist. I. Alex. Papae: *c.* 1. 3. 10. 14. XI. *q. I.* His adjecit praeterea legem Constantini, de qua fusius diximus; *c.* 35. & 36. ibid. Ex quibus factum est, ut Bonifacius VIII. in celeberrimo *cap. Clericis laicos de imm. in.* 6. declaraverit, nec Clericos, nec eorum bona laicis plane subesse. Et Innoc.III. *c.*XII. *de for. comp.* statuit, Clericum ne pactione quidem habita cum eo, quicum contrahit, renunciare posse beneficio fori, quod juri publico derogari non possit pactis privatorum. Verum hac de re fusius disputantem vide Jacobum Cujacium ad d. c.

clinatoria dicitur, quod incongruus judex sit aditus. Atq. hae postremae non opponuntur, nisi in ipso limine quaestionis *l. pen. & ult. C. eod.* id quod etiam obtinet de jure canonico, ut observat Cujacius in *cap. Pastoralis extra de except.* Quam ergo sit absona lex Constantiniana, jam sentis. Miror autem Gentilem *lib. III. de Jurisd. c. 16.* hujusce supplementi (si ita vocare fas sit) auctorem laudare Carolum Magnum in *cap. novit. de judic.* Sed quid vetat dicere, Carolum Magnum, quem novimus ecclesiasticae jurisdictionis dilatandae mirifico flagrasse desiderio, ut antiquis non modo canonibus, sed & recentioribus Pontif.Rom. decretis addiderit frequentissime robur auctoritatis suae, Constantinianum edictum immutatum jam & inductum ab impostore conjecisse in capitularia, ut apparet ex ipso *cap. novit*, & clarius ex cit. *can. 37. c. XI. q. I.* Rectius igitur Zieg. l. c. §. 93. opinatur *auctoritatem accepisse constitutionem istam non a Theodosio, cui falso affica fuit,*

sed

ſed a Carolo, qui eam lege lata propoſuit (1). Is erat ſub Imperatoribus Romanis jurisdictionis Eccleſiaſticae ſtatus. Arbitrorum more dirimebant lites Epiſcopi; quod & ab Eccleſiae primordiis fieri conſuevit. Attamen ſanctior tum erat judiciorum ordo, quippe cum Epiſcopi conſulerent presbyterium, & communia inirentur ſuffragia. Imperatores autem unis Epiſcopis delegarunt judicia, quae aliud ſingulare non habuerunt, niſi quod ab ipſis appellari non poſſet. Vix tandem

(1) Ut,ut ſit, hodie in uſu non eſt lex Conſtantini, ut monet Gloſſa in *cap. novit. de judic.* in v. *quaecumque*. Quod & Johannes de Pariſiis *tr. de poteſt. Regum & Papali* advertit; nam ait utilem eſſe, & ſcitu jucundam ejus legis notitiam; ut cognoſcatur, qua Carolus M. uſus ſit in Epiſcopos indulgentia, & qualis ejusdem fuerit erga religionem cultus ac reverentia. Sed nequaquam hinc argui poſſe demonſtrat, tam effuſam jurisdictionem ex ſe convenire Epiſcopis, ſed totam principibus acceptam referendam. obliteratam obſervat praeterea tacito populi conſenſu. Hinc & Scipio Gentilis Gratianum in *c. quicumq.* xi. *q. I.* eam ſub inſcriptione Paleae referre ſcribit.

Marcianum legimus medio V. saeculo CPolitanis clericis indulsisse, ut appellari non possent, nisi vel apud Archiepiscopum CPolitanum, vel apud P.P. eumq. secutus Leo, ne Clerici ad extranea judicia pertraherentur, & quibus adscripti erant ecclesias desererent, beneficium Marciani cum omnibus omnino clericis communicavit, ut vel apud P.P. convenirentur, vel apud provinciarum quas habitabant praesides; *l.* 25. *C. de episc. l.* 33. *C. eod.* Quare sic egregie Fleury l. c. post laudatam Marciani constitutionem edisserit: en general les clercs comme les laiques etoient soûmis à la jurisdiction des juges seculiers: seulement il etoit defendu de les tirer du service de leur eglise, en les poursuivant dans une autre province; il falloit s'adresser aux juges des lieux de leur residence, suivant la maxime generale, que le demandeur suit la jurisdiction du defendeur. C' est ce que porte une loi de l' empereur Leon; & c' est à quoi se reduisoit le privilege clerical. Neq. vero

ro diutius immorabor Honorii constitutioni editae in Occidente an. 399. *l.* 1. *C. Theod. de Relig.* qua praeter caussas religionis, quas non poterat episcopis (1) extorquere; *ceteras vero*, *quae*

(1) Ecclesiasticarum causarum cognitio quin ad episcopos pertineat & synodos dioecesеon, nemo umquam dubitavit. Ac praeter Ambrosii locum, quem produxi *pag.* 84., argumento sit celeberrimum illud Constantini effetum ad Episcopos, quos exceperat convivio, apud Euseb. *lib.* 4. *de vit. Const. c.* 24. *vos quidem eorum*, *quae* (male Seldenus reddit *qui*; nam loquitur de rebus, quod in epigraphe hujus capitis vetus interpres luculenter evincit) *intra Ecclesiam sunt*, *ego autem eorum*, *quae extra*, *a Deo constitutus sum episcopus*, Quin immo Justinianus, quem anteriorum principum beneficia coarctasse novimus, id non diffitetur *Nov.* 123. *si autem ecclesiastica caussa est*, *nullam communionem habeant judices civiles circa talem examinationem*, *sed sanctissimus episcopus secundum sacras regulas caussae finem imponat*. Quid mirum autem, cum & apud ethnicos collegium pontificum caussas sacrorum cognosceret, ut supra latissime demonstravi. Eapropter vel post occupatum ab imperatoribus Pontif. Max. & titulum & auctoritatem, Alexander tamen Severus, teste Lampridio, *pon-*

quae ad ordinarios cognitores , vel ad usum publici juris pertinent , legibus oportere audiri sanxit . Nam eam antiquavit postmodum *legg.* 7. *&* 8. C. *de episc. aud.* quae quidem Arcadio, & Honorio tribuuntur , & de quibus ante locuti sumus . Aliquanto plenius heic, & in seq. cap. agendum est mihi de Justiniano, quem ajunt communiter ecclesiasticae jurisdictionis dilatasse fines ; nunc de caussis pecuniariis videamus , de criminibus mox acturi . Ac non equidem negarim , Justinianum Mennae Patriarchae querelis de usurpata per magistratus episcoporum jurisdictione percitum *Nov.* 83. comprobasse quodammodo canonem Chalcedonensem antea productum , cum controversias clericorum de re pecuniaria apud solos episcopos praecepit agitari ; sed hunc modum apposuit , si difficiles disceptat-

pontificibus tantum detulit , & quindecemviris , atq. auguribus , ut quasdam caussas sacrorum a se finitas iterari, & aliter distingui pateretur .

ſceptatu non eſſent, & conditio negotii aliud judicium non poſtularet. Immo *Nov.* 123. id unice videtur intendiſſe, ut omnium deceſſorum ſuorum leges abrogaret; nam ab epiſcopo juſſit appellari ad praeſidem, cum antea, uti diximus, ab ejuſmodi judiciis non provocaretur.

Reſervabatur enim Chriſtianiſſimis Franciae Regibus iſta laus Eccleſiae tutandae, ejuſque perpetuis beneficiis augendae potentiæ, quam bene de Marca *lib. II. de Conc.* c. 12. abuſq. Clodovei repetit temporibus: *Pagani*, inquit, *& Ariani occidentem miſere lacerabant & variae per Orientem haereſes late graſſabantur, cum divini Numinis benignitas laboranti Eccleſiae proſpexit, procurato libertatis Chriſtianae acerrimo vindice Clodoveo, qui repudiato idolorum cultu, & Ariana haereſi calcata, quae Aquitaniam, Hiſpanias, & Italiam imperio tenebat, ſe catholicae Eccleſiae partibus addixit, eiq. arbitrio ſuo, & delectu verae fidei victoriam peperit . . . itaq. ſtatim aſſe-*

cutus est Defensoris fidei nomen , *quod regno felicibus auspiciis adscriptum in posteros transmisit* , *meliori fato ab iis retinendum* , *quam Pontificis maximi quondam titulus ab Imperatoribus Romanis conservatus fuerit* . Hinc digreditur ad secundam Regum dynastiam, a quibus avitum Defensorum Ecclesiae cognomen retentum cum ex concilio Parisiensi , tum ex Aquisgranensi IX. saec. habitis ostentat . Jam vero hujusmodi tuitionis officium in hoc positum dicit , ut non modo ab Ecclesia propulsarent imminentes calamitates , sed & ejus decreta canonesq. confirmarent . Ergo eapte canonum antiquorum verba concludentes edictis suis majorem auctoritatis vim illis impartiebantur , in totoq. regno restituebant vetustissimam disciplinam . Quod quidem jam usq. a primae dynastiae regibus factitatum invenio apud Franc. Florentem l. c. ad *can.* 23. *&c.* & Ziegl. l. c. §. 87. Cum enim Concilium Parisiense habitum ineunte VII. saec. statuisset *can.* 4. *ut nullus judicum ne-*

neque presbyterum, neq. diaconum, vel clericum ullum, aut juniores Ecclesiae sine scientia pontificis per se distringat, aut damnare praesumat: Clotarius II. & concilium confirmavit, & verba canonis hujusce brevibus comprehensa verbis promulgavit. Unde & Franciscus Florens praeclare sic argumentatur: *ex quo insigni Clotarii edicto & plerisq. aliis locis colligitur, canones conciliorum a Regibus nostris confirmari solere, & canonibus eorum varias exceptiones & conditiones appositas fuisse*. Quin immo conceptis quandoque verbis id ipsum profitebantur, teste de Marca l. c., leges videl. suas tralatitias e vetustis esse canonibus. Itaq. Carolomannus dux & princeps in synodo Leptinensi celebrata an. 743. sic edicit: *decrevimus juxta sanctorum canones*. At quis pro merito laudabit Carolum Magnum, qui quantam operam laboremque consumpserit in collapsa restauranda disciplina, & in novis usq. auctibus amplificanda ecclesiastica jurisdictione, & in procuranda omnium

omnium ordinum dignitate ac sanctimonia, patet ex iis quae ante diximus de ἐμβολιμαίᾳ illa Constantiniana lege adjecta Capitularibus, & vel maxime ex Aquisgranensi Capitulari celebrato VIII. vergente saeculo, & in duo & octoginta capita digesto. Heic Rex vere Magnus cum sese inscripsisset *devotum sanctae Dei ecclesiae defensorem humilemq. adjutorem*, duo potissimum in instauranda veteri disciplina praestitit. Primum capita quaedam de vetustis canonibus decerpit, eorumque sollicitat exsecutionem; deinde legatos (1) mittit, qui regia auctoritate una cum epi-

(1) Missorum dominicorum (sic vocitabantur Regii legati, quos tam e laicis, quam clericis seligi mos erat; nam ejus generis hominibus Carolus M. constipatus procedebat, & ex his conflabantur comitia generalia, in quibus condita sunt capitularia Regum Francorum) munera sic paucis complectitur Flodoardus *lib. II. hist. Rem. c.* 18. *non modo enim animadvertebant in errata comitum, judicumq. sed & ad ipsos pertinebat inspicere, qualiter episcopi, abbates & abbatissae per singulos pagos agerent, qualem concordiam, & amicitiam ad invicem tenerent, & ut bonos & ido-*

episcopis depravata corrigerent, vitiaq. convellerent. Imitari enim se ajebat Josiae Regis exemplum, qui *regnum sibi a Deo datum circumeundo, corrigendo, admonendo ad cultum veri Dei studuit revocare*. Ac tantae quidem utilitatis Aquisgranense Capitulare visum est Petro

idoneos vicedominos, & advocatos haberent, & undecumq. necesse fuisset, tam regias, quam ecclesiarum Dei justitias, viduarum quoque, & orphanorum, sed & ceterorum hominum inquirerent, & perficerent, & quodcumque emendandum esset, emendare studerent, in quantum melius possent, & quod emendare per se nequivissent, in praesentiam imperatoris adduci facerent, & de his omnibus eidem principi fideliter renunciare studerent. Quis autem me vehementissime falli dixerit, si sapientissimi Regis Cyri Carolum, quem bonarum artium amantissimum tradunt, imitatum exemplum adstruam? Hunc enim refert Xenophon *lib.* VIII. *de instit. Cyri* capta Babylone misisse satrapas, qui provinciarum gubernatoribus praeessent; &, quid e privatis esset publicisque rationibus, attente cognoscerent. *Atq. haec* (inquit Xenophon) *ita prospiciebat, cum cogitaret quo pacto futurum esset, ut si quis satraparum opibus & hominum multitudine fretus insolenter se gereret, imperiumq. detrectaret, continuo suos adversarios* (ἀντιπάλους viribus aequales) *in ipsa regione haberet*.

tro de Marca, ut *breviarium aliquod juris canonici* dici posse scripserit; & meritissimo propterea conjectum sit in librum primum Capitularium. Et pro eadem quas complectitur rerum praestantia retulit Lotharius Ludovici Pii filius simul cum reliquis statutis e capitulis Caroli, & Ludovici desumptis in constitutionem suam, quae vocitatur proinde Capitulare Lotharii, pro stabilienda Regni Italiae πολιτεία & restituenda ecclesiastica disciplina editam. Quanta porro reverentia habita sit hujusmodi Regum Francorum statutis, planum facit fragmentum epistolae Leonis IV. ad Lotharium apud Gratian. *c. de capitulis Dist.* x. ubi profitetur Pontifex se praecepta Lotharii, & suorum praedecessorum *& nunc, & in aevum conservaturum omnibus modis*. Nec dicas autem vel cum Justo Fontanini, hunc canonem inventum esse Gratiani, quod hodienum non extet Leonis epistola; nam quid istuc est, quicquid sit deperditum, id affingere Gratiano? vel cum Baronio ad *an. Ch.*

847.

847. ex pacto cum Lothario convento id adpromittere Leonem; nam id a fide historiarum abhorret, ut ostendunt Baluzius in *Praef. ad tom. I. Capit*, & Pagius in *critic. ad Bar.* cum enim falso apud Lotharium insimularetur Leo, quod capitularia contemneret, hac se sponsione purgavit; vid. Bohem. ad d. c. Quid autem se capitularia custoditurum non promitteret Leo, quae de conciliorum scitis sumta sunt fere omnia, & ecclesiasticae libertati vel maxime obsecundant, ut ipsemet Baronius fatetur? Jam vero & Rom. Pontif. rescripta confirmare Francorum Reges edictis suis in more habuerunt, quod duobus exemplis illustrat de Marca l. c. Cum enim jus esset controversum de presbyteris manifesti maleficii non convictis, sed qui venissent in gravem suspicionem, consulendum sum. Pontificem existimavit Carolus Magnus; tum de sententia episcoporum & optimatum recepit Papae responsum, comitemq. dedit regiam constitutionem, qua executioni man-

mandaretur. Alterum; exemplum ducit de Marca a Chorepiscopis; quod cum verteretur quaestio, an ordinationes presbyterorum, & hypodiaconorum ab ipsis peractae validae essent, consuluit itidem per Arnonem Archiep. Carolus Leonem III. Cum autem respondisset Pontifex, nulla gaudere Chorepiscopos muneris episcopalis praerogativa: hinc & irritas eas esse ordinationes, ipsosque deponendos, & abigendos in exilium: ratum habuit Rex sepientissimus Papae responsum, sed habito Ratisbonae conventu ejus tristitiam (1) temperavit. Itaq. ordinationes

(1) Inde etiam vir magnus l.c. §.VIII. morem deducit Curiae Romanae rescripta recognoscendi, ne quid libertatibus Ecclesiae Gallicanae detraheretur. Quod egregium sane institutum a Caroli Magni temporibus derivatum, & servatum quoque in Germania, retentumq. in tertiae dynastiae primordiis interruptum jacuit tantisper, donec ab Regibus Christianissimis restitueretur. Cum enim Brevia quandoq. per fraudem obreperent, & referrentur in Curias, ne vocatis quidem Episcopis: *decreto*, inquit, *Regii Consistorii constitutum fuit juxta veteres Regni constitutiones, ne ulla Brevia Apo-*

nes irritas declaravit, ſed abſtinuit exilio & dejectione; tantum Chorepiſcopos juſſit juxta ſanctos canones presbyterorum gradu ſe ſe contineri. Tertiae tandem dynaſtiae reges vix dici poteſt quantis laudibus, vel potius gratiarum actionibus proſecuti ſint Rom. Pontif. Omnium exemplo ſit Gregorius IX., qui bullatis litteris ad S.Ludovicum Galliae Regem miſſis, ut Fridericum Imp. Eccleſiae Rom. minitantem repelleret, Regnum Francorum ad tuendam fidem & eccleſiaſticam libertatem divinitus deſignatum affirmavit. Quid mirum igitur, ſi poſt Caroli Magni praeſertim tempora tantum ſuccreverit Epiſcoporum aliorumq. eccleſiaſticorum (1) poteſtas, ut

&

Apoſtolica (exceptis indultis, quae in foro ſecreto poenitentiae expediuntur) curiis ſupremi regni inſinuentur, ut deinde more ſolito exſecutioni tradantur, niſi diplomate Regio munita ſint.

(1) Fruſtra futurus ſim, ſi quae ſcholaſtici ſequioris aevi effutiverunt, heic velim ad trutinam revocare. Dandum eſt aliquid tamen imperitiae temporum, cum intermortuae litterae nondum ſpiritum reſumpſerant, ut ad inſaniam uſq. defenderent

& maximas jurisdictiones ditionesq. adepti sint, & ipsa etiam jura Majestatis, quae vulgo superioritatis, & eminentiae, & Regalia nuncupantur; v. Scipionem Gentilem *de Jurisd. l. III. cap.* 23.

CAP.

rent, ecclesiasticos jure suo nedum jurisdictionem, sed & ipsum jus gladii exercere. At olim mucrone spiritali, sive anathematis fulmine (quemadmodum *exheredationis fulmine* percuti liberos parentum contemptores scribit Quintilianus) noxios ferire sat habuerunt. Tandem per scholiasticorum tricas eo res rediit, ut Bonifacius VIII. *extravag. unam sanctam de Maj. & Ob.* declararit, jus gladii penes Pontifices tamquam Christi vicarios esse, sed ejus usum eorum beneficio concedi publicis magistratibus. Nunc autem divini numinis beneficentia renatis litteris, eaq. explosa sententia, utimur jure nostro. Nec tamen loquor de populis, qui Rom. Pontif. ἀμέσως obediunt, vel de illis Episcopis, qui Principum largitione gladium temporalem consecuti sunt; quod in Germania frequentissimum. Sed quid sentiendum sit de moribus Germanorum, alii judicent. Scipio Gentilis videtur excusare, exemplo petito a Theodoreto *lib.* 2. *hist. Eccl. c.* 30., ubi narratur Jacobus quidam ejusdem civitatis & princeps, & episcopus.

C A P. V.

De delictis ecclesiasticis. Explicatur oratio Constantini ad Patres Nicaenos. Ecclesiasticorum ἁμαρτημάτων, *& levium culparum Episcopi judices, non item atrocium criminum. Privilegiata delicta unde ortum habuerint.* Ἐγκώμιον *Regum Christianissimorum. Commendatur Regis Catholici cum Benedicto XIV. Concordatum.*

CUm superiori capite latissime egerim de Episcoporum potestate circa negotia civilia: videndum restat, an capitalium etiam caussarum sint congrui judices. Ac pertendunt (1) quidam, ita se se statim a Constantini Christianismo rem habuisse, quem omni se volunt judicandi perso-

M nas

(1) Certum est enim de jure, gladio materiali subjici Ecclesiasticos omnes ordines. Quod Apostolus *ad Rom.* 13. clarissime significavit: *non enim sine caussa gladium portat; Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui ma-*

nas ecclesiasticas abdicasse jure. In eam rem opportuno conferunt voces Constantini tritas omnium ore, cum sibi porrectos in Synodo Nicaena mutuarum inter Episcopos accusationum libellos combussit, ajens: *Deus constituit vos sacerdotes; vos a nemine judicari potestis, quia solius Dei judicio reservamini; Dii etenim vocati estis, & idcirco non potestis ab hominibus judicari*. Praeclare autem Franciscus Florens

malum agit. Quem locum sic exponit S. Chrysostomus *Hom.* 23. *in epist. ad Rom. Potestatibus ex debito obedire jubet* (Apostolus) *ostendens, quod ista imperentur omnibus, & Sacerdotibus, & monachis, non solum saecularibus; id quod statim in ipso exordio declarat, cum dicit: omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: etiamsi Apostolus sis, si Evangelista, si propheta, sive quisquis tandem fueris. Non enim pietatem evertit ista subjectio*. Hinc S. Bernardus ad Archiepiscopum Senonensem scribens, ait: *cui honorem, honorem; omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; si omnis & vestra* (intelligit Archiepiscopum). *Qui vos excipit ab universitate? Si quis tentat excipere, conatur decipere*. Ergo quaestio facti est, quando & quomodo ab ὑλικῷ gladio Clerici subducti sint.

rens *tr. de Jurisd. Eccl. ad can.* 5. *&* 41. hanc hiſtoriam ex Ruffino *Hiſt. Eccl. lib.*1. *c.*2. petitam obſervat, & inculcatam ſaepius tam ab hiſtoricis, quam canonum interpretibus, *c. continua*, *c. Sacerdotibus* 11. *qu.* 1., *c. futuram* 12. *q.* 1. Aliud tamen videtur Bohemero, qui ad d. *c. futuram* haec adnotavit: *Hoc dictum Conſtantini ſuppoſitum eſſe jam olim ſubodoratus eſt Jac. Gothofredus ad* l. ult. C. Theod. de epiſc. judic. in f. *Quamvis enim Gregorius Magnus in c.* 41. *c.* XI. *q.* 1. *idem prolixiori ambitu referat, longe aliis verbis tamen uſum fuiſſe referunt Euſebius* lib. III. de vita Conſt. M. c. 12. *Socrates* lib. I. c. 5. *Sozomenus* lib. I. c. 16. *Theodor.* lib. I. c. 7.; *quibus potius credendum, quam relationibus ex poſt facto natis*. Nihil autem eſt, quamobrem Bohemero potius adſtipuler, cum Conſtantini verba de minimis noxiis, quarum notio epiſcoporum utiq. fuit, ſine periculo accipi poſſint. Et quidem, ut egregie monet idem Florens,

rens, si quis diligentius (1) excutiat Ruffinum, eum locutum inveniet de simultatibus, & conviciis inter coepiscopos jactitatis, ut, cum graviora fidei negotia disceptatum coierint, importunum ratus Constantinus mininum quid temporis in ejusmodi concidendis jurgiis consumi, adhortatus sit episcopos

(1) Quod ut quisque secum tutius deliberet, afferam integrum Ruffini locum: *etenim cum ex omnibus paene locis episcopi convenissent &* (*ut fieri solet*) *diversis ex caussis quaedam jurgia detulissent, interpellabatur* (Constantinus) *frequenter a singulis: offerebantur libelli, culpae proferebantur . . . at ille videns, quod per hujusmodi jurgia caussa summi negotii frustraretur, diem certum statuit, qua unusquisque Episcoporum, siquid querimoniae habere videretur, deferret. Et cum resedisset, suscepit a singulis libellos, quos simul omnes in sinu suo continens, nec in eis quid contineretur aperiens, ait ad episcopos: Deus vos constituit Sacerdotes .... Et ideo his omissis, illa quae ad fidem Dei pertinent absque ulla animorum contentione distinguite*. Nihil autem habeo, quamobrem falsi Ruffinum accusem, ut Bohemero visum est. Sed eum fortasse latuit Ruffini locus, ut existimaverit propterea, ab interpretibus canonum ea verba conficta. Sed magis miror, eum citare Sozomenum, qui non

pos ad id quod instabat agendum. Qui enim poterant de tantis Religionis rebus animo sedato disputare, si prius habita de jurgiis episcopalibus quaestio fuisset? Concremavit itaque prudentissime libellos Constantinus temporibus consulens, cum Ariana pestis grassabatur, & pacem inter ipsos, ne oborirentur graviora mala, conciliavit. Fecit igitur, quod Philippum Mace-

non longe abest a Ruffini sententia: *mihi vero non est fas* (inquit Constantinus apud Sozom.) *cum homo sim ejusmodi caussarum cognitionem arrogare, praesertim cum & qui accusant, & qui accusantur, Sacerdotes sint*. Etsi non ignorem, Eusebium, & Theodoretum prolixum satis referre Constantini sermonem; sed is παραινετικὸς est de concilianda inter dissentientes episcopos pace. Quin Socrates narrat Constantinum Episcopos tantum adhortatum, ut τὸ προκείμενον (propositum) *urgerent*, *istamque solum adjecisse sententiam* (ἐπειπὼν μόνον) *Christum praecepisse, ut qui veniam impetrare contendat, fratri ipsi veniam det*. At quis vetustis Ruffini, & Sozomeni testimoniis dicam scribet? Ergo melius cum Florente statuemus Constantinum de caussis Ecclesiasticis, & levibus delictis (quae Cic. pro Rosc. Amer. apposite vocat *quotidiana*) loqui.

doniae Regem post pugnam ad Cynoscephalas fecisse refert laudatque Polybius *lib. 9. p. 767.* Omnia enim combussit ὑπομνήματα, ne Romani potirentur, & inde quid detrimenti caperent amici: *e satellitibus vero suis* (inquit) *unum ad regias chartas corrumpendas & comburendas priore nocte Larissam misit; in quo facinus Regii animi* (πρᾶγμα βασιλικόν) *ab eo est editum, cum ne in afflicta quidem fortuna sua officii est oblitus.* Et cohaeret cum his interpretatio Caroli Calui, qui dictum Constantini in epist. ad Johannem VIII., quam in suppl. Conc. Gallic. edidit Petrus de la Lande, sic explicavit: *in qua tamen sententia, pie domine, sibi magis ex humilitate, quam illis aliquid praestitit ex reverentia impensa. Ante eum quippe pagani in Rep. principes fuerunt, qui verum Deum nescientes deos ligneos, & lapides colebant, & tamen eorum sacerdotibus maximum honorem tribuebant. Quid ergo mirum, si Christianus Imp. veri Dei sacerdotes dignetur honorare* &c.

&c. Ceterum Constantinus vel post Nicaenam synodum noxios episcopos exauctorari jussit, & in exilium pelli. Testis sit ejus ad Nicomedenses epistola apud Theod. *lib. I. c.* 20. ubi Eusebium, & Theognin episcopos, quod Arianos quosdam, qui turbas conciverant & ad se vocari jusserat Constantinus, exceperant atque occuluerant, e sedibus pulsos mulcavit exilio: *quamobrem*, inquit, *erga istos ingratos aliquod supplicium censui statuendum; e sedibus enim dejectos* (ἁρπαγέντας γὰρ ἀυτοὺς) *jussi quam longissime eliminari* (ἐξορισθῆναι). Ejusmodi quidem depositionem non irrogasse Constantinum certum est, cum poena sit ecclesiastica, & ad episcopos pertineat. Verum neq. possum suffragari Baronio, qui ad *an. Chr.* 329. 15. de hac Eusebii, & Theognidis exauctoratione ita censuit: *ceterum quod spectat ad Constantinum non novam in episcopos depositionis & exilii sententiam protulit; sed quam sciebat olim latam a Nicaeno Concilio, suis*

vero precibus revocatam , voluit iterum validari . Qui vero poena semel remissa rata habebitur? nonne novo opus est decreto, novaq. caussae cognitione? Accuratius itaq. Fleury *lib.* XI. *Hist. Eccl.* 27. haec narrato facto subtexuit: on tint donc un concile , où ils furent deposes & d' autres evêques mis a leur place &c. Quidquid sit , exsilium nemo inficiabitur a Constantino jussum . Ac , ne longius abeam (1) ab

(1) Qnid quod ad Principes appellatum post tempora Constantini? Extat videlicet in Cod. Theod. *l.* 20. *quorum appel.* Valentiniani constitutio hoc modo: *quoniam Chronopius ex Antistite idem fuit in tuo , qui fuerat in septuaginta Episcoporum ante judicio , & eam sententiam provocatione suspendit , a qua non oportuit provocare , argentariam multam, quam hujusmodi facto sanctio generalis imponit , cogatur expendere.* Baronius equidem ad *an. Chr.* 369. 4. Chronopium idcirco pecunia mulctatum contendit , quod a LXX. virali Concilio provocarit ad pubblicum judicium ; & generalem sanctionem , cujus heic fit mentio , eam esse putat , qua vetitum erat , ne Clerici coram judicibus saecularibus caussam dicerent , cujus legis ab eodem Valentiniano promulgatae meminisse scribit S. Ambrosium epist. 32. ad Valentinianum juniorem . Verum ex le-

ab ipsomet Theodoreto *lib. II. Hist. c.* 9., & 10. sumam luculentissimum ejus rei testimonium. Cum enim Stephanus Episcopus Antiochenus usus opera sceleſtiſſimi hominis meretricem induxisset in cubiculum, ubi quiescebant Euprates; & Vincentius Episcopi venerandi, detecta fraude accusatur

legis verbis nullo modo confici potest ea sententia: quæ mulctam ob id irrogatam demonstrant, quod cum a Synodali judicio ad publicum appellarit Chronopius, nec huic ipsi stare voluit, sed ad superiorem jurisdictionem provocavit, quod fieri vetitum per legg. 15. & 16. C. eod. ad has enim generalem illam sanctionem referendam existimavit Gothofredus in comm. ad d. l. Hinc alterum Milevitanum Concilium non quoscumque vetat a Principe peti judices, sed tantum saeculares *can.* 9. quem refert Gratian. *cap. placuit c.* XI. q. I. *placuit, ut quicumque ab imperatore cognitionem judiciorum publicorum petierit, honore proprio privetur: si autem episcopale judicium ab imperatore postulaverit, nihil ei obsit.* Accedat huc factum Hincmari Laudanensis, quod a Petro de Marca *lib.* IV. *de Conc. c.* 6. audire præstabit; *Hincmarus Laudanensis Episcopus trium synodorum Galliae judicio depositus, & post damnationem auctoritate Principis custodiae traditus, quod contra quietem publicam*

quae-

tur apud Constantium. Judicium fit in aula coram Episcopis, & Judicibus; convincitur crimen, quod sponte confitetur. Tum judices Episcopis *mandant, ut hominem abdicent episcopatu: deinde illi ipsi ecclesia penitus expellant*. Cuilibet sane legenti verba haec statim in mentem veniet, eosdem episco-

quaedam moliretur, Rom. Pontificem appellavit. Certum quidem erat, Apostolicae sedis auctoritate judicium renovari potuisse juxta canones Sardicenses (de quibus aliqua delibavimus in cap. IV.) . . . *Sed visum fuit Hadriano II. Romae judicium illud agendum, & non in provincia, contra quam & Sardicensi canone, & decretis Pontificum cautum esset . . . cum Carolus multis docuisset, alienum esse a canonibus, & legibus, ut damnatus episcopus Romae judicandus sistatur, sed in provincia retractandum esset judicium* &c. Cui tamen rei vitium subesse potest; ut idem *lib. II. c. 6.* merito irrideat Graeculos illos, qui *ipsum docendi officium, quod episcopis tam severe vindicat Ambrosius, principibus suis foeda & demissa humilitate communicant*. Et optimo jure carpit ibidem Imp. Justinianum, quod de sacrae liturgiae ritibus statutum ediderit, quo mystica consecrationis verba, quae demissa olim voce ad conciliandam mysteriis reverentiam rite pronunciabantur, elata voce proferri jussit.

scopos primum exauctorasse Stephanum, tum expulisse e civitate. Verum ab interprete locum male expressum sic refigendum ex graeco fonte existimo: *sic Stephani cum didicissent* (δικασταὶ judices, quos antea nominaverat) *improbitatem*, *episcopos*, *qui ibi praesto erant*, καθελεῖν τοῦτον ἐπέτρεψαν, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξήλασαν *hunc deponere jusserunt*, *&* *ab Ecclesia ejecerunt*. Ergo depositio, quippe cum ecclesiastica poena sit, irrogatur ab episcopis; at exilium, civile nempe supplicium, a magistratibus indicitur. Nec omittendum, hujusmodi judicium in aedibus Principis institutum, & eo quidem audiente, propterea quod caussa non mere ecclesiastica dicenda erat, sed acerbum facinus illatae calumniae, & foedum labefactandae pudicitiae consilium vindicandum. Eaque propter Magistratus audito crimine statim exclamavit, *ut de iniquo indignoq. ejus facinore non in episcoporum concilio, sed pro tribunali judicium quaereretur*. Atqui sub Constantio narratur id evenis-

nisse, ut probabile sit non omne Constantinum judicandorum clericorum jus episcopis permisisse (1) . Neque vero me fugit, Petrum de Marca *lib.II. de Conc. c. 6.* & 7. verba quae commentamur Constantini de caussis ecclesiasticis interpretari, quas semper cognovisse synodos episcoporum ipsis consentientibus jubentibusque principibus demonstrat. Quam sententiam si quis sequi malit, non magnopere refragabor; cum certissimum sit, ecclesiasticorum ἁμαρτημάτων cognitionem ad Synodos pertinuisse. Atq. ex tot tantisq., quas depromit vir magnus auctoritates, unam vel duas in medium attulisse sat erit.

(1) Consulto enim praetermitto Constantini epistolam ad synodum Tyri apud Theod. *lib. I. c.* 19. qua exilium interminatur Episcopis parere nolentibus: ubi tantum monitum volo; non bene vertisse interpretem bigas illas verborum αὐτὸν ἐκβαλὼν *de dignitate rejicere*. Nam ut exaugurationem Episcoporum denotarent, frequentius vocem καθελεῖν usurparunt. ἐκβάλλειν autem etiam sine ullo adjuncto positum est *expellere de civitate*. Quod infinitis propemodum exemplis possem roborare, si id nunc agerem.

erit. Principio quidem omnibus constare dicit, acerrima illa, quae tamdiu proſciderunt Eccleſiam, diſſidia Donatiſtarum hinc ortum habuiſſe, quod Caecilianum a ſacrorum librorum traditoribus ordinatum, vitioq. creatum Epiſcopum contenderent. Cum autem de ordinatione non rite peracta quaereretur, cauſſam mere eccleſiaſticam epiſcopis Gallicanis Italiſque delegavit Conſtantinus. Nec autem acquieverunt Donatiſtae horum judicum ſententiae. Itaq. rurſum appellarunt ad principem, a quo meritiſſimam repulſam tulerunt: *neq. enim*, ait S. Auguſtinus epiſt. 162., *auſus eſt Chriſtianus Imperator ſic eorum tumultuoſas & fallaces querelas ſuſcipere, ut de judicio epiſcoporum, qui Romae ſederant, ipſe judicaret*. At recepit tandem appellationes Donatiſtarum, cum crebris tumultibus eum obtunderent; *ſed eis ipſe ceſſit* (haec idem Aug. obſervat) *ut de illa cauſſa poſt epiſcopos judicaret, a ſanctis antiſtitibus poſtea veniam petiturus; dum tamen illi,* quod

quod ulterius dicerent, *non haberent*. Tranfit deinde ad S.Athanafium, quem caedis accufatum Dalmatium cenforem judicare juffit princeps; mox hominis innocentia patefacta, ab judicio deftitum. Interim cum eundem Athanafium Ariani, quem odio plufquam vatiniano profequebantur, fracti myftici poculi, & altaris everfi crimine traduxiffent, Tyri praecepit cogi fynodum Conftantinus. Habes igitur in unum hominem duo impacta crimina, unum civile, ecclefiafticum alterum; primum apud judicem faecularem difcutitur, ecclefiafticum epifcoporum fynodo delegatur (1). Quare opti-

(1) At non minorem crucem fixit interpretibus lex Conftantii 12. *Cod. de Theod. de Epifc.* ibi: *manfuetudinis noftrae lege prohibemus in judiciis epifcopos accufari . . . fi quid eft igitur querelarum, quod quifpiam defert, apud alios potiffimum epifcopos convenit explorari, ut opportuna atque commoda cunctorum quaeftionibus audientia commodetur*. Binghamus quidem de hac lege fic difputat: *an vero lex ifta ad omnes omnino civiles, & criminales cauffas extendenda fuerit, non facile eft ad definiendum: quamquam certum eft*, *quod*,

optime Binghamus *Orig. lib.* v. *c.* 2. §. 5. quatuor in hac re potissimum consideranda monet, quorum neglecta observatio maximae scriptorum parti fucum fecerit: *Jam vero*, inquit, *caussae istae quadruplices erant. Primo quidem pure ecclesiasticae, e. g. crimina contra fidem, sive canones & disciplinam, bonumq. ordinem Ecclesiae commissa, in quae poenis canonicis animadvertendum erat. Secundo mere civiles,* &

quod, si ita fuerit, non multo post in hac parte abrogata sit, dum in altera parte duravit, atq. sequentium imperatorum legibus confirmata fuit. Idem plane sentit Ziegl. loco saepius citato, sed brevis aevi legem fuisse decernit; cum septem annis post idem Constantius caussam Stephani, de qua modo diximus, in aedibus suis agitari jusserit. Sunt praeterea, qui dolo malo ab imperatore eam legem excogitatam volunt, ut opprimeret videlicet catholicos episcopos in Synodis Arianorum. Ego vero lubentius sequar Gothofredum, qui constitutionem hanc de minimis noxiis, & caussis ecclesiasticis interpretatur. Sic etiam summus ICtus, quem sequitur Espenius *P.* 3. *tit.* 3. *c.* 1. intelligenda docet verba legis 41. *Cod. eod. clericus non nisi apud episcopos convenit accusari.*

& pecuniariae inter clericum quemdam, & laicum. *Tertio quae ad res politicas attinebant, ver. caus. magna & publica flagitia contra leges, & cum Reip. detrimento designata, ut crimen laesae majestatis, rebellio, rapinae, homicidia, & id genus alia, quae in legibus* atrocia delicta *appellantur. Quarto quae ad minora eujusdem generis crimina referri poterant, & in legibus* levia delicta *dicuntur*. Neque vero a Binghamo primum haec excogitata distinctio est, ut crimina alia civilia sint & ἐγκλημάτικα, alia ecclesiastica: nec a Justiniano primum adinventa, ut putat Scipio Gentilis *lib. III. de Jurisd. c.* xv. Jam enim a iv. saeculo invaluerat, ut ex iis, quae dicam infra, clarissime patebit. Immo, nisi auguror, a militia trahit originem. Nam Menander Ictus in *l.* 2. *D. de re milit.* militum delicta aut propria esse dicit (quae enumerantur in *l.* 3. *D. eod.*, quaeq. ab eo puniuntur, sub quo militant *l.* 9. *D. de cust. & exhib.*), aut cum ceteris communia, ut adulte-

terium, homicidium &c. Hodieque Doctores idem discrimen servant. Vocant enim ecclesiastica delicta, *quae* (ut ait Espen. P. 3. tit. 3. c. 1.) *ab ecclesiasticis ut ecclesiastici committuntur:* communia vero, *quae* (ut idem loquitur) *Clerici non ut ecclesiastici, sed ut Reip. cives committunt*. Et bene quidem; nam ut observat Card. Bellarminus *lib. I. de clericis c.* 18., *clerici praeterquam quod clerici, sunt etiam cives, & partes Reip.* (1). Quamobrem assentiri nequeo Petro de Marca in

 In-

(1) Universum Ecclesiae σύστημα in Clericos, & Laicos a priscis usque saeculis dispensatum, ipsa graecanica vocabula clarissime commonstrant. Hinc in Constitutionibus Apostolicis, quas antiquissimas esse dubitari nequit, eorum fit mentio. Meminit & Ignatius in Epistolis, & Origines *hom.* 7. *in Hierem. nos qui putamur aliquid esse, i. e. qui in Clericatus vobis ordine praesidemus in tantum, ut quidam de minori gradu ad hunc locum cupiant pervenire, nosse debetis, non statim in eo salvandos, quia Clerici sumus*. Et translatae voces sunt in occidentem; Clericosq. saepius nominat in Epistolis Cyprianus; quos quidem Ecclesiasticos Ambrosius, & Hieronymus appellare consueverunt; vid. Petrum de

Interpr. cap. *clericus* in Appen. dial. Ant. Aug. de Emend. Grat. edita, ubi cum civilia crimina varii generis fuisse statuisset, privata, & publica, ut illa synodus dioeceseos una cum canonicis peccatis perstringeret, mox §. VII. adjicit: *minora, inquam, delicta; servata judiciis publicis atrocium criminum, quae nu-*

de Marca in eruditissima dissertatione *de discrimine Clericorum, & Laicorum cap. I. §. X.* Usurparunt etiam Nicaeni Patres, & Clericos meminerunt in 2. canone, laicosq. in 5. Hinc autem derivatum nomen autumant, quod in sortitione Chananaeae singulae, quae obvenerant cuiq., partes κλῆροι nuncupatae, ut omnis hereditas κληροδοχία apud LXX. senes. Et agri Laconici civibus assignata portio κλῆρος etiam a Plutarcho dicitur. Jam porro cum ab illa telluris Chananaenae distributione sint exclusi Levitae, Dominus propterea se illorum κλῆρον adpromisit *Num.* 18. Ergo & in novo Foedere Clerici dicti sunt, qui divino cultui prae ceteris mancipati, Dominum sibi κλῆρον adoptarunt. Itaq. Hieronym. *epist. ad Nepot. si enim κλῆρος graece, sors latine appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus sors, i.e. pars Clericorum est.* Alterum Clerici etymon habes apud Isidorum *lib.* VII. *Orig. c.* 12., quod

numero quinque, adversus clericos cognitione; ut docent leges aliquot editae cura Sirmondi in Append. Cod. Theod. Et §. x. *ceterum olim, ut dixi, quinque crimina reservata erant animadversioni judicum publicorum adversus clericos. Unde factum, ut in Matisconensi Concilio tria crimina foro saecula-*

quod explicat eruditissime de Marca d. l. Nec Divinarum scripturarum auctoritate caret ea divisio. Duplicem enim sortem admittunt, *Sanctorum* unam, alteram *Ministerii*. Ea communis est cunctis Christianis, de qua capienda sunt Apostoli verba *cap.* 1. *epist. ad Colossenses: gratias agentes Deo Patri* τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτὶ *qui idoneos nos reddidit in partem sortis sanctorum qui sunt* (subauditur enim articulus τῶν, ut ostendatur discrimen legis & Evangelii, ait Grotius hic consule etiam de Marca l. c.) *in lumine*. Et Petrus *epist. I. c.*v. praesules Ecclesiae hortatur, ut animum reprimant *providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum: neq. turpis lucri gratia, sed voluntarie:* ὡς μὴ κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλὰ τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου *neq. ut dominantes in cleris, sed ut exemplum sitis gregi*. At *sors ministerii* memoratur *Actor. I.* ubi Petrus agens de sufficiendo Apostolo in Judae locum observat proditorem Apostolatus munia perfunctum:

ri refervata fuerint. Hincq. fumpfit originem cafuum privilegiatorum cognitio. Nam primum Gothofredus non levibus ductus conjecturis fufpectas habet quafcumq. Sirmondus edidit leges in illa Append., deinde non folum illa quinque crimina excepta, uti conftat ex principum legibus, fed omnia civilia,

ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης *accepit fortem minifterii hujus*. Quem autem heic vocat κλῆρον, mox ἐπισκόπην appellat. Hinc, ut recte monet ad hunc locum Grotius, natum nomen Clericorum. Quare toto coelo aberrat Chriftianus Thomafius in *Langel. Inft. lib. I. tit. 4. n. 41. II.* qui caute legendum monet Baronium, Thomaffinum, & Petrum de Marca, quod hanc diftinctionem ab Apoftolicis temporibus, immo ab inftitutione divina deduxerint. Totus autem in hoc eft (quod & ceteris haereticis folemne eft) ut odium concitet in Catholicos, quafi arcanorum Papatus hoc veluti fundamentum jecerint. Laudat proinde Centuriatores Magdeburgenfes, qui id difcriminis *inter infignia myfterii iniquitatis diferte retulerunt*, & Altenftaigium in *Lex. Theol.* qui clericum tantundem fonare dicit, quod *fcientificus, doctus* (id quod nemo improbaverit, qui mores aevi medii calluerit, cum, imperante barbarie, uni Clerici litteras fciebant, & aulica propterea foli obibant munia, quod jam

lia, seu quaecumq. tranquillitatem publicam perturbant. Et egregie Florens *tr. de Jurisd. eccl. ad can.* 2. 3. 6. *&c.* criminum privilegiatorum originem a Matisconensi Concilio, quod sexto vertente Christi saeculo celebratum est, arcessit. Sic enim *can.* VII. cautum reperitur: *ut nullus clericus de qualibet*

jam animadversum est a viris doctis) laicum autem eundem esse dicit, ac *virum indoctum, imperitum, insipientem, & lapideum* (currentem rotam, aut mutantem Protea vultum quis teneat?) *unde*, inquit, *laicus dicitur* (tenete risum) *ω λᾶς*, *quod est lapis*. Item affert Petri Liceti verba, qui dictum Christi: *nolite sanctum dare canibus*: laicis accommodavit; & Stanislai Orichovii, qui & in ipsos reges impudentissime infert injuriam. Haec inquam stribliginem actorum saeculorum ostentant, sed traditum discrimen non impugnant. Nec enim, ut perspicue docet Petrus de Marca, injuriosum est *laici* nomen, quod ἀπὸ τοῦ λαοῦ descendit; quo quidem vocabulo apud LXX. denotatur populus Dei, quem ipse sibi optaverat hereditatem, & a gentium colluvie segregarat. An vero formula illa, quam praebent vetera marmora (de qua nos infra fusius) *ordo & Plebs* fuerit contumeliosa? cum ordo duumviros, Decuriones, & ceteros magistratus, plebs autem re-

caussa extra discussionem Episcopi sui a saeculari judicio injuriam patiatur, aut custodiae deputetur. Quod si quicumq. judex cujuscumq. clericum absque caussa criminali, i. e. homicidio, furto, maleficio (sive veneficio, & sortilegio, ut exponit Florens) *hoc facere fortasse praesumpserit, quamdiu Episcopo loci illius visum fuerit, ab Ecclesiae liminibus arceatur*. Cum autem de caussis civilibus, Religionisque negotiis late disputaverim in superioribus capitibus, & pauca nuper ex Petro de Marca de ecclesiasticis ἁμαρτήμασι adleverim (quibus adijcienda, quae habet Bingh. l. c., ubi quamplurimas Principum constitutiones idem sancientium producit) : restat, ut de levibus atrocibusque

reliquum populum, & ipsos equites significet. Et apud Romanos in illa inscriptione S. P. Q. R. populus duos ceteros ordines, equitem vid., & plebem complectitur. Eamq. locutionem affectavit Tertullianus *de exhort. cast. c. 7. differentiam inter ordinem & plebem* (h. e. Clericos & Laicos) *constituit Ecclesiae auctoritas, & honor per ordinis consessum significatus*.

busque criminibus nonnulla heic adnotem.

Et levia quidem delicta Clericorum ab Episcopis emendata, planum facit lex Gratiani 23. *C. Theod. de Ep: qui mos est caussarum civilium, iidem in negotiis ecclesiasticis obtinendi sunt: ut, si qua sunt ex quibusdam dissensionibus levibusq. delictis ad Religionis observantiam pertinentia, locis suis, & a suae dioeceseos synodis audiantur; exceptis, quae actio criminalis ab ordinariis extraordinariisque judicibus, aut illustribus potestatibus audienda constituit.* In hanc etiam sententiam accepit Athalaricus Rex Gothorum verba legis 41. *Cod. eod: Clericos nonnisi apud episcopos convenit accusari.* Sic enim apud Cassiodorum *lib.* VIII. *epist.* 24. ea interpretatur: *si clericus pro levibus caussis criminaliter impetatur.* Eapropter Marcianus Imp. Chalcedonenses Patres sic affatur *act.* 6: *quaedam capitula sunt, quae ad honorem reverentiae vestrae vobis servavimus, decorum esse judicantes, a vobis haec regulariter potius*

tius formari per synodum, quam nostra lege sanciri. Quamquam autem Ziegl. *lib.* 3. *de Episc. c.* 30. §. 73. ista Marciani verba de criminibus canonicis interpretetur, commodius tamen de minimis maleficiis accipientur. Nam in Religionem peccata divinitus censura perstringit ecclesiastica. Quare Concilium Milevitanum ineunte V. saeculo celebratum *can.* 19., quem alibi produximus, de gradu dejicit, qui de caussa ecclesiastica (secutus sum enim Ziegl., qui sic exponit canonem illum) publicum a Principe postulaverit judicium. Secus autem, si synodum episcoporum de eodem negotio per Principem curaverit habendam; quemadmodum Constantinus caussam Caeciliani delegavit judicio Episcoporum, ut antea vidimus. Ex constitutionis porro Gratiani nuper depromptae postremis verbis facile quivis intelliget, atrocia crimina publicis judiciis vindicata. Quae tametsi sufficere posse videantur, juvabit tamen rem diligentius expendere. Ne cui vero negotium facessam plau-

ſtra cumulans citationum, quae maxime videbuntur opportuna ſeligam. Primum lex Valentiniani ſenioris 20. *C. Theod. de Epiſc.* ſatis oſtendit, tum temporis Clericos a publicis judiciis non plane fuiſſe exceptos. Nam illos hereditates viduarum aucupantes ita deterret: *Eccleſiaſtici . . . viduarum, ac pupillarum domos non adeant: ſed publicis exterminentur judiciis, ſi poſthac eos adfines earum, vel propinqui putaverint deferendos*. Quam legem in animo habens S. Hieronymus ſic ſcribit ad Nepotianum: *provida ſeveraq. legis cautio; & tamen non ſic refraenatur avaritia; per fideicommiſſa legibus illudimus*. Et Valentinianus III. *Nov.* xv. *de ſepul. viol. ſub fin. C. Theod.* clericos ſepulcrorum violatores *clerici nomen amittere* juſſit, *& ſtilo proſcriptionis addictos perpetuo deportatione plecti*. Quin & *Nov.* 12. vix epiſcopis conceſſit in cauſſa capitali *per procuratorem ſollemniter ordinatum apud judicem publicum inter leges, & jura confligere*; vide quae ex Fleury ad-

adnotavimus *p.* 155. Quare Socrates *lib.* 4. *c.* 29. in electione Damasi vel ipsos tumultuantes clericos a magistratu interemptos memoriae prodit : *hinc crebra utrimque jurgia , & conflictus vulgi extitere , adeo ut ex ea concertatione plurimi interierint . Quam ob caussam multi tum clerici , tum laici a Maximino tunc praefecto urbis supplicio affecti sunt* . In actis praeterea Concilii Chalced. *act.* 10. Ecclesiae Edessenae presbyteri Ibam episcopum suum accusant , quod Abraamium maleficii convictum facile renunciasset Episcopum , nisi Archidiaconus intercessisset. Ad haec & *retinet*, inquiunt, *chartam magicarum incantationum reverendus noster episcopus , qui debuit judici provinciae hunc , qui ita execrabilis est, offerre secundum consequentiam legum* . Quid autem loquar de Justiniano, qui plura (ut ait de Marca *lib. II. c.* XI.) in condendisne , (1) an confirmandis? le-

(1) Quod tamen intelligendum de laico accusatore ; nam disertis Carthaginiensis Concilii , & Chalcedonensis canonibus , quos antea pro-

legibus ecclesiasticis praestitit, quam ceteri imperatores. In Nov. quidem 83. ecclesiastica delicta *Deo amabilem episcopum discernere* sancit; at communia persequi vult praesides, cum illo tamen additamento: *Illud palam est, si reum esse putaverit eum, qui convenitur, provinciae praeses, & poena judicaverit dignum, prius hunc spolia-*

protulimus, cautum fuit, ne Clerici conclericos apud judicem saecularem accusarent. Ceterum sive Clericus, sive Laicus in jus episcopale vocaret Clericum, *Episcopis incumbebat* (inquit de Marca in *Interp. cap.* Clericus) *ex officio, ut reum atrocioris criminis judicibus publicis offerrent. Quod diu perduravit cum magna utriusq. fori concordia, donec vetita est in universum variis Pontificum decretis judicibus saecularibus judiciaria cognitio, cujusvis criminis praetextu.* Et Fleury in cit. *septiem. Dis.* fusius prosequitur, quomodo & laicorum caussas ad se trahere coeperint Episcopi. Hinc decerpam, quae e re nostra magis sunt: un autre pretexte d' etendre la jurisdiction sur les laiques, furent les crimes ecclesiastiques: c' est-à-dire ceux qui attaquent directement la religion, comme l' heresie & le schisme; ou qui n' etojent point defendus par les loix civiles, comme l' usure & le concubinage &c.

liari a Deo amabili episcopo sacerdotali dignitate , & ita sub legum fieri manu . At vero cum haec Novella turbas aliquas dedisset , alteram Justinianus , quae est numero 123. , promulgavit , qua datur optio judicium instituendi vel apud praesidem , vel apud episcopum, ita tamen , ut exauguratio semper fiat ab episcopo ; qui si prior quidem sit aditus , caussa retractanda est a judice saeculari , & postmodum irroganda poena: quod si judex prior , ab eoq. condemnatum clericum episcopus degradare nolit , Principis tum expetendum responsum (1) . Itaque non fa-

(1) Hic autem ordo judicandi ut clarius appareat , longam orationem ipsius Justiniani ptoferam : *si vero crimen fuerit* , *quod adversus quamlibet memoratarum reverendissimarum personarum inferatur , si quidem apud Episcopum aliquis accusatur , & ipse veritatem invenire potuerit : ab honore & gradu hunc secundum ecclesiasticas regulas dejiciat , & tunc competens judex hunc comprehendat , & secundum leges litem examinans caussae finem imponat . Si vero prius civilem judicem adeat accusator , & crimen per legitimam examinationem potuerit approbare , tunc Episcopo locorum*

facile admiserim, quae habet de Marca in *Interpret. cap. Clericus* §. VIII. *quae quidem criminum exceptio* (intelligit ea quinque crimina, quorum meminit Appendix Sirmondiana) *de clericis secundi, & inferioris gradus, i. e. a presbyteris usq. ad ultimum gradum intelligenda sunt. Nam sacerdotes primi gradus i. e. episcopi a publicorum judiciorum cognitione immunes semper fuerunt apud Principes Christianos; quibus praeivit vox illa Constantini . . . vos Dii estis &c.* Ex his enim, quae supra dixi, facile cognoscitur, episcoporum beneficium in eo solummodo positum, ut

corum gesta monumentorum palam faciat: & si ex his agnoscatur, proposita crimina admisisse eum, tunc ipse Episcopus hunc secundum regulas ab honore sive gradu, quem habet, separet: judex autem ultionem ei inferat, legibus congruentem. Si vero Episcopus putaverit, gesta non juste confecta, tunc liceat ei differre, & nudare honore seu gradu accusatam personam; ita tamen, ut hujusmodi persona sub legitima cautela (h. e. fidejussione) *fiat, & ita ad nos negotium tam ab Episcopo, quam a judice referatur, ut nos hoc cognoscentes, quae nobis videntur, jubeamus.*

ut per procuratorem obirent vadimonium . Illud autem verissimum , quod idem docet §. *seq. unde factum , ut nec in prima nec in secunda neque in tertia Regum nostrorum dynastia , si facinus adversus Leodegarium excipias , nec etiam vigente Gothorum in Hispaniis dominatu , Reges in Episcopos , etiam laesae majestatis reos , lege animadvertere tentaverint ante synodorum judicium , quibus hanc jurisdictionem non adimebant ; ut docent annales , & acta conciliorum . Adeo ut hac quoque tempestate , in qua reliquorum e clero privilegia non adeo vigent , nihil sibi licere in Episcopos majestatis reos pietas Regis Christianissimi passa sit , impetrata nuper a summo Pontifice , juxta recentioris moris formam , delegatione aliquot episcoporum , qui judicio ecclesiastico de caussa decernerent* . Ergo qui dicunt , Fridericum Imp. nova constitutione sua *de statu & consuet. contra lib. Eccl.* sanxisse (1) primum , ne clerici

(1) De Justiniani constitutionibus circa sa-

rici five in civilibus, five in capitalibus judiciis apud laicum cauffam dicerent, eos omnino fallit animus. Nam antea jam mens provida Caroli Magni hoc caverat *Cap. lib.* v. *c.* 225.: *Nemo audeat Clericum, aut monachum, vel fanctimonialem feminam ad civile ju-*

facra quale ferendum fit judicium, fapientiffime determinavit de Marca, cujus verba quin huc afferam, non poffum: *De conftitutionibus autem Ecclefiafticis Juftiniani folet in utramq. partem difputari. Qua in re a plerifque graviffime peccatum eft. Quidam enim parum perpenfo hujus Principis confilio, eum facra divinaq. profanis admifcuiffe exiftimant, ejufque leges de cauffis ecclefiafticis latas, nullas & irritas fuiffe, donec ab Ecclefia in ufum & auctoritatem receptae fuerint. Contra vero quamplurimi, qui tantum res forenfes attigerunt, praejudicio harum conftitutionum poteftatem liberam de difciplina ecclefiaftica decernendi principibus vindicant. Mihi autem videtur, jure fuo ufum fuiffe Juftinianum, qui legibus latis non canones condidit, fed conditos fovit, & amplificavit; quia jus illud tuitionis ecclefiafticae, Principibus Chriftianis a Deo commiffae, exigit, ut leges pro Religione divina ferant, quemadmodum docuit Auguftinus &c.* Recole, quae *fup. cap.* diximus de Capitularibus Regum Francorum.

judicium accusare, *sed ad episcopum*; *& ipse ex lege*, *vel canonibus consentaneam ac justam sententiam proferat*. Et ad coelum effert meritissimo Ludovicum Caroli filium Helmoldus *lib. I. Hist. cap.* 4., quod *maxima liberalitate erga Dei cultum usus fuerit in tantum ut Episcopos*, *qui propter animarum regimen principes sunt coeli*, *ipse eosdem effecerit principes Regni*. At neque praetereunda silentio est ejusdem ad Comites & Episcopos oratio paraenetica, quos ita praesentes alloquitur apud Helm. *lib. II. c.* 3. : *sed quamquam summa hujus ministerii* (agit de procerum & episcoporum officiis) *in nostra persona consistere videatur*, *tamen & divina auctoritate & humana ordinatione ita per partes divisum esse cognoscitur*, *ut unusquisque vestrum in suo loco & ordine partem nostri ministerii habere cognoscatur*. *Unde apparet*, *quod ego omnium vestrum admonitor esse debeo*, *& omnes vos nostri adjutores esse debetis*. Longus autem sim, si cuncta velim recensere, quæ Caro-

rolus III. Rex Catholicus Parentum ſapientiſſimorum ſecutus pietatem ad ordinem Eccleſiaſticum tuendum , ornandum , fovendum egit dixitque. Nimirum Rex Pientiſſimus Providentiae ſuae radios quoquo verſus diffundens & Rem utriuſque Siciliae ſquallentem prope dixerim & interturbatam compoſuit , refecit , moribuſque ſuaviſſimis exornavit ; Sacerdotioque afflicto jam ac prope perdito opem tulit praeſentiſſimam . Itaque Concordato cum Benedicto XIV. ſanctiſſimo Pontifice inito diſcidiis , quae univerſum antehac profligarant Regnum , feliciter admodum finem impoſuit , nobiſque pacem tot jam annos exulari juſſam commendavit , praecepit , reddidit . Inter reliqua vero ampliatae jurisdictionis eccleſiaſticae capita non illud ultimum eſt , quod ampliſſimam etiam laicos judicandi de quibusdam (1) cauſſis poteſtatem facit Epiſcopis.

O CAP.

(1) Haec enim c. VI. habentur I. *oltre alle materie di fede , ed a' delitti di ereſia , che non ſi controverte , che ſieno di privativa cogni-*

C A P. VI.

De censura ecclesiastica. In veteri disciplina non alias pœnas inflixit Ecclesia, quam Anathema, & Καθαίρεσιν. Degradatio, quam vocant actualem, *non admodum antiqua. Communio absolute usurpata in vetustis canonibus laicam significat.* Καθαιρεῖν *non idem, quod* ἀφορίζειν.

HAEc de Pontificia Christianorum jurisdictione; unde apparet, quibus deinceps gradibus in hanc, quae hodie obtinet, processum sit. Simplicissimam enim institutam a Christo πολιτείαν Christani Piincipes provexerunt in majus. Ac spopondi quidem, me breviorem futurum, sed opus, uti fit, crevit in manibus, deq. optimis rebus di-

gnizione de' Vescovi, i Laici, i quali avranno la sagrilega temerità di celebrar la Santa Messa, o di esercitare altre funzioni nll' Ordine Sagro appartenenti, o di ascoltare le sagramentali confessioni, saranno privativamente processati e puniti dalla sola potestà Ecclesiastica. II. La cognizione, e punizione del delitto di poligamia parimente apparterrà alla sola Potestà Ecclesiastica.

diſputandi deſiderium nec opinantem deluſit. Vides interim, quo in loco habendum ſit caput *Clericus*; quod cum dicatur conſcriptum tertio Chriſti ſaeculo, morem tamen puniendi noxios clericos a Juſtiniani Novellis invectum praeſefert. Quid iſtud eſt *ὕστερον πρώτερον*, & inverſio diſciplinae florentiſſimae? Atqui ubi lubido inceſſit comminiſcendorum veterum ſcriptorum, facile jugentur gryphes equis, & mores, qui vigent aevo noſtro, vetuſtiſſimis temporibus affingentur. Antequam igitur hujus capitis verba exponamus, ne pigeat poenas in antiqua eccleſia infligi ſolitas aliquantiſper expendere. Sed placet ſequi ducem Franciſcum Duarenum, qui *cap.* 3. *de ſac. Eccl. minis.* ſic eas breviter perſtringit: *Praeter hanc excommunicationem, quae tam clericis, quam laicis varias ob cauſſas irrogatur, aliae ſunt poenae eccleſiaſticae, quibus clerici praecipue affici ſolent. Nam miniſterio officioq. ſuo vel ad tempus* c. Presbyter, 2. q. 5., *vel in perpetuum iis interdicitur* c. ſi quis viduam 50. diſt. c. ſiquis amodo 81.
 diſt.

dist. *Fitq. interdum haec interdictio simpliciter & sine adjunctione, interdum ut sine administratione nudum honoris retineat nomen; qua poena Melitius apud Theod.* lib. I. c. 9. *afficitur. Aliquando augendae poenae caussa, ut in monasterium conjiciatur* c. si episcopus 50. dist. *Est & poena carceris jure Pontificio recepta &c.* Jam vero de carceris supplicio (1) fusius disputantem vid. Duarenum ibid. & Scip. Gentilem *lib. 3. de Jurisd. c. 16.* Et clerici cum compingi dicuntur in monasterium ob admissum facinus, ea profe-

(1) Ἱστορικώτατος ille Galliarum more suo & magnarum exprimendarum rerum brevissime, & ingenti cum ἀκριβείᾳ de poenis aevo sequiori in ecclesia insolitis sic loquitur in cit. *sept. disc.* Or c' étoient les effets temporels, qu' avoient principalement en vuë les ecclesiastiques, en etendant à l' infini leur jurisdiction. Les juges & les ministres cherchoient à gagner par les frais des procedures & les amendes, sans lesquelles pour l' ordinaire on ne donnoit point l' absolution des censures; & comme ces peines spirituelles étoient peu redoutees par elles mêmes, on y en ajoûtoit le plus souvent de temporelles. De là vint cette menace qui passa ên stile dans les bulles des papes: Autrement nous poursuivrons spirituellement & temporellement; & cette remontrance des évêques de France à saint Louis, qu' il laissoit perdre

fecto poena serius irrogari coepta est ; cum monasteria posteriorum inventum esse scitissimum sit, ubi scilicet resedit persecutio. Beatissimis enim illis Ecclesiae primitivae saeculis monachorum nomen inauditum, nec ulli praeter clericos ἀσκηταὶ, qui sumpto etiam pallio philosophico austerius vivendi genus profitebantur ; quod luculenter evincit Tertulliani scriptum de Pallio. Et Origenes apud Euseb. lib. VI. c. 19. Heraclam testatur, cum audisset Ammonium philosophum, vulgarem deposuisse vestem, ac sumpsisse φιλόσοφον σχῆμα, mox presbyterum factum *sub habitu philosophi perseverasse*, ut de eodem loquitur S. Hieron. *de Scrip. Eccl. c.* 54. qui & in epitaphio Nepotiani hunc etiam tum, cum ageret

 pre-

dre la religion, s'il ne faisoit saisir les biens de ceux qui méprisoient les excommunications. Le saint roi refusa de le faire sans connoissance de cause ; mais plusieurs conciles de ces tems là ordonnent aux juges séculiers, sous poine d'excommunication, de saisir les biens de ceux qui seroient demeurés un an excommuniés. Post non pauca ejusdem generis addit, ex his judicialibus poenis cum ecclesiasticis sanctionibus conjungi solitis canonicarum censurarum contemptum secutum.

presbyterum, gessisse pallium, eoque usum ad obitum usque scribit. Nec discrepat a primaevorum monachorum institutis ea veteris cleri vita, quam depingit Sulpicius Severus *Dial. I.* ubi etiam clericorum suae memoriae fastum deplorat: *ceterum neque opere, neque virtute conspicuus sit, si quis clericus fuerit effectus, dilatat continuo fimbrias suas, gaudet salutationibus, inflatur occursationibus, ipse etiam ubiq. discurrit. Et qui ante pedibus, aut asello ire consueverat, spumante equo superbus invehitur. Parva prius ac vili cellula contentus habitare, erigit celsa laquearia, construit multa conclavia, sculpit ostia, pingit armaria, vestem respuit grossiorem, indumentum molle desiderat; atq. haec caris viduis, ac familiaribus mandat tributa virginibus; illa ut birrum rigentem, haec ut fluentem texat lacernam.* Adde, quae supra dixi 133. & quae alibi ex Ruffino adnotavi. Cum igitur sanctior illa vivendi ratio descivisset in φιλαρχίαν καὶ φιλαργυρίαν (quae duo plurima intulerunt in Ecclesiam mala, & hae-

haereſes quandoque procrearunt, quod de Ario praedicat Alexander epiſc. Alex. ad Alex. CPolitanum) Clericorum ſupercilium quidam averſantes aliud inſtitutum affectarunt, diſcretuſque eſt ordo clericalis tum primum a monachiſmo. Ergo non alia exercita cenſura in veteri Eccleſia, quam anathema, & depoſitio. De anathemate porro moleſtum eſſet heic refricare, quae ſupra dixi *cap.* III., reliquum eſt igitur, ut pauca de exauguratione Clericorum, quomodo & quibus de cauſſis fieret, verba adjiciamus. Atque illud principio diſſimulari nequit, quin ſanctius inſtitutum vivendi, & a cetero vulgo remotum conſectari debeant Clerici. Idipſum inculcarunt frequentiſſime SS. Patres, quorum loca videſis apud Binghamum *lib.* VI. *Orig. c.* 2. §. 1. At inſtar omnium ſit S. Chryſoſtomus *lib.* III. *de Sacer. c.* IV. *Sacerdotium quidem in terra peragitur, ſed in rerum cœleſtium claſſem ordinemque referendum eſt. atque id perquam merito; quippe non mortalis quiſquam, non angelus, non archangelus, non alia quaevis creata po-*

tentia, sed ipse paracletus ordinem hujusmodi disposuit. Et *cap.* 14. *Neque enim possunt Episcoporum vitia dissimulari; sed vel parva atque exigua confestim manifesta fiunt. Quemadmodum ergo illorum officia rectique mores multis usui sunt, accenduntque ad studii aemulationem ejusdem; ita & vitia ad virtutis cultum segniores reddunt praestantque, ut ceterorum animi ad bonorum operum labores capessendos torpescant. Quamobrem Sacerdotis animi pulchitudinem undique splendescere oportet, ut oblectare pariter & illustrare possit eorum animos, qui suos in illum oculos conjiciunt.*

Quid mirum igitur, si quos tam sancta commendarent instituta, ii durius habiti, si quid peccarent. At mitius actum est cum reliquo populo, cujus etiamsi omnia vel levissima crimina censura persequeretur Ecclesiastica, tamen haec nonnisi *sacramentali ratione*, ut inquit Morinus *de administ. sacr. Pœnit. lib.* 1. *cap.* 9. exercebatur. Nec adhuc enim forum contentiosum, seu externum ab interiori altero, seu

Pœ-

Pœnitentiae ſejunctum ; quod ſaeculo tandem XII. invaluit, ut idem latiſſime ibid. demonſtrat. Quamquam autem ſollemnia quaedam adhibita non neget *in ea pœnitentiali criminum praeſertim publicorum vindicta*, ea tamen *indirecte* (inquit) *& per accidens, non ex ſui natura ad ſacramentum pœnitentiae referebantur. Immo videtur neceſſarium, cum pœnitentiae publicae non inſtituerentur ſolum, ut Deo ſatisfieret, ſed etiam ut Eccleſia eorum pœnitentiis aedificaretur*. Verum delicta Clericorum gravius vindicabantur. Haec enim ipſorum fuit ſollemnis pœna, ut vel anathemate confoderentur, vel in laicam referrentur communionem. Aliquando quidem adjecta fuit publica pœnitentia ; quod de Novato, qui calcis ictu gravidae uxori abortum procurarat, narrat S. Cyprianus *epiſt.* 49. *propter hoc*, inquit, *ſe non de presbyterio excitari tantum, ſed & communicatione prohiberi pro certo tenebat*. Sed alias tantum exauctorabantur ; id quod patet ex *can.* XXV. Apoſtolico, quem infra promam, & ex aliis Baſilii, & Petri Alexandrini apud

apud Bingham. *lib.* VI. *c.* 2. §. 2. Nondum autem aliae pœnae, quas de jure civili sumptas adoptavit serior aetas, erant in usu, nec ipsa regradatio, quae fit per horrendi carminis diras, & detracta ordinis insignia. Nec enim satis constat, an aliis ab laicorum habitu vestibus uterentur Clerici (1). Contrarium apparet ex epist. 11. Cœlestini Papae ad Episc. Gallic. c. 1. *discernendi*

(1) Acta quidem Passionis S. Cypriani videntur ostendere, peculiarem vel illa aetate amictum episcopis fuisse: *Cyprianus in agrum Sexti productus est, & ipse se lacerna birri expoliavit, & genu in terra flexit, & in orationem de domino prostravit. Et cum se dalmatica expoliasset, & diaconibus tradidisset, in linea stetit, & coepit spiculatorem sustinere.* Ex quibus verbis Baronius ad *an. Chr.* 261. §. 40. & seqq. veterum episcoporum vestes conjecisse videtur sibi; quin & ad hujus aevi mores accommodat: *Ex his itaq.*, inquit, *jam exploratum haberi videtur, episcoporum fuisse antiquum habitum, ut post vestem superinduerent lineam, & desuper eam solutam tunicam, ac denique humeros tantum tegens & brachia lacernum birrum: quo genere indumenti hodie videmus uti sanctae Romanae ecclesiae cardinales, atq. Episcopos illos, qui ex regularibus ad eam dignitatem provecti sunt &c.* Et de linea in eisdem actis memorata haec

di a plebe, vel ceteris ſumus doctrina, non veſte, converſatione, non habitu; mentis puritate, non cultu. Et antea demonſtravi, pallium induiſſe clericos, quod ſollemne fuiſſe philoſophorum indumentum norunt omnes. Quin & Concilia cum de habitu Eccleſiaſtico loquuntur, cultus dignitatem ſatis habent inſinuare; ſed nihil prorſum indicant

haec habet: *ſic igitur nihil aliud eſt, quod dici poſſit, niſi lineam illam Cypriani commune illud omnibus epiſcopis lineum indumentum fuiſſe, quod ephod alii dicunt, italice vero rochetto.* At, dum blandiri ſtudet collegis Baronius, maxima eos mihi videtur afficere contumelia. Nam Βίῤῥον, Βιῤῥίον, Βηρίον idem ſonant, quibus vocibus in Lex. M.S. Cyrilli apud Cangium in Gloſſ. med. graecit. reſpondet ἔνδυμα μοναχικὸν; ſollemnis enim monachorum veſtis fuit, eo quod anguſtior, & tenuiorum propria. Hinc ſomniorum conjectores ajebant *birrum in ſomno conſpectum aerumnas anguſtiaſq. denotare* apud Artemid. *lib.*II.*c.*3.Hinc etiam Βιῤῥόφοροι dicti ſunt imae plebis homines. Eamobrem in antiquo clericatu etiam uſurpata eſt, quod eſſet modeſtiae Chriſtianae, & ſimpliciori cultui, quibus tum maximopere ſtudebant, accomodatiſſima. Quamvis conſecutis temporibus ab iſtiuſmodi modeſtia deflexum ſit; unde & Sulpicius Severus l. c. *rigentes birros* clericis

cant, unde cerni possit, eumpte discrepasse a multitudinis ἱματίοις. Exemplo sit Carthag. IV. c. 45. *Clericus professionem suam & in habitu Dei, & in incessu probet; & nec vestibus, nec calceamentis decorem quaerat*. Et Agathense c. 20. *vestimenta, vel calceamenta etiam eis, nisi quae religionem deceant, uti vel habere non liceat*. Ergo quibus hodie crimini-

ricis objicit. Nam fortasse latiores sinus, & majora ornamenta postmodum adscivit vestis illius antiqua mundities. Quare Cassianus lib. I. *de habitu Monach.* c. 7. veteres ait Aegypti monachos *planeticarum atq. birrorum* pretia devitasse. Et Isidorus in *Reg.* c. 13. *porro linteo non licet monachum indui; orarium, birros, planetas non est fas uti*. Adde S. August. *offeratur mihi birrum pretiosum, forte decet episcopum, quamvis non deceat Augustinum, i. e. hominem pauperem, & de pauperibus natum*. Ceterum birrus κοινὸν σχῆμα *vulgare vestimentum* fuit; quod patet tum ex iis, quae ante diximus; tum ex *l.* 1. C. *Theod. de habitu &c.* ibi: *servos sane omnium, quorum tamen dominos sollicitudine militiae constat non teneri, aut birris uti permittimus, aut cucullis*. Ne quis autem hinc colligat (quod nonnullos facere compertum habeo) byrros ad servos proprie pertinuisse; monendum est, hac lege Theodosium servilem licentiam coercere. Nam eo

minibus irrogatur regradatio, ea olim nonnisi depositione plectebantur. Haec enim Fagnanus ad *c. cum non ab homine X. de judic.* enumerat crimina degradationi obnoxia, *haeresim*, *falsificatio-*

eo audaciae proruperant servi, ut jam inde ab Appiani temporibus (de quo ipse queritur *lib.* I. *de bello civili*) herilem habitum assumpserint. Huc accedat can. 12. Concilii Gangrensis, qui Eustathianos damnat, propterea quod, cum ipsi pallium gererent, philosophico supercilio ceteros despicatui haberent vernacula veste indutos: *si quis vir propter eam quae existimatur exercitationem* (ἄσκησιν) *amiculo* (περιβολαίῳ pallio) *utitur*, *&* *tanquam habens ex eo justitiam eos condemnet*, *qui cum pietate byrros ferunt* *&* *aliis communibus* *&* *solitis vestibus utuntur*, *anathema sit*. Vides hinc βήρους cum veste ἐν συνηθείᾳ οὔσῃ *vernacula* conjungi. Cui rei mirificam lucem affundit Sozomenus. Nam de eodem Eustathio ejusq. adseclis loquens, ait *lib. III. c.* IV. *tunicas quidem*, *ac vestitum ab omnibus vulgo usurpatum indui detrectabant*. Jam vero nec dalmatica, cujus meminit Passio Cypriani, propria fuit Episcoporum, sed & ipsa communis omnibus. At vereor, ne rectius alii legant *tunica* pro *dalmatica*; ut genus pro specie positum sit. Duplex enim tunicarum genus, dalmatica una dicebatur, colobium altera. Illa cum esset χειρόδοτος, probro fuit. Hinc Lampridius Commodo Imperatori vitio ver-

cationem litterarum Apostolicarum, *conspirationem & insidias contra proprium episcopum*: & addit, degradationem de jure communi in haec tria dumtaxat infligi; in ceteris, si clericus redire cogitet ad bonam frugem, in vincula perpetuo conjici. Adjicit praeterea *Clericum assassinum*, quem sine sollemnibus (1) degradationis addici curiae tradit, modo

vertit, *quod dalmaticus in publico processit*; quod etiam objicit Heliogabalo: *dalmaticus in publico processit*. Et Servius in illud Virg. Aen. IX. *Et tunicae manicas, & habent redimicula mitrae: tunicae*, inquit, *vestrae habent manicas, quod etiam Cic. vituperat dicens* (II. Catilin.) manicatis & talaribus tunicis; *nam colobiis utebantur antiqui.*

(1) Optime Benedictus XIV. degradationis, quam vocant actualem, ait in *de Synod. lib. 7. c. 34.* rudimenta extare in *Nov.* 83. cujus verba produximus p. 203. Nec inscite vir doctissimus Blascus *opusc. t. 1. p. 179.* adjiciendum putat capitulare anni 809. c. 21. *si presbyter chrisma dederit, ab episcopo degradetur, & postmodum a judice manum perdat*. Ego quidem explicatius testimonium hujusce degradationis, quae quibusdam sollemnibus adhibitis fit, invenire non potui, quam *can. 27.* concilii Toletani IV. Nam etsi loquatur de recipiendis ordinis insignibus, quivis tamen intelligit, ea prius per exau-

modo judex Ecclesiasticus declaret, hunc esse assassinum; & clericum, qui iterum atque iterum in eadem vitia relabitur. At propter haec ipsa ferme, quae atrocia crimina vocantur in jure, ex veteri Ecclesiae disciplina in laicam Clerici redigebantur communitatem. Quemadmodum enim non quaevis culpa initiandis clericis impedimento fuit, ut docet S. Augustinus *tract.* 41. *in Johan. Apostolus Paulus quando eligit ordinandos vel presbyteros, vel Diaconos . . . . non ait, si quis sine peccato est; hoc enim*

exaugurationem detracta. Eccuinam restituitur res, nisi prius auferatur? *Episcopus*, ait concilium, *presbyter, aut diaconus a gradu suo injuste dejectus, si in sancta synodo innocens inveniatur, gradus amissos recipiat coram altari de manibus episcoporum: si episcopus est, orarium, annulum, & baculum; si presbyter, orarium, & planetam; si diaconus, orarium, & albam*. Qui mos etiam apud ethnicos obtinuit, ut monet Gentilis *lib. III. de Jurisd. cap.* 15. & 16. Nam virginem vestalem stupri damnatam exaugurabant primum pontifices, deinde ad praefectum urbi, vel praesidem mittebant puniendam. Quot autem quantaq. requisita sint jure decretalium, ut rite fiat regradatio, uberrime explicat de Marca in Interp. cap. cleric. sub fin.

enim si diceret, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur; sed ait, si quis sine crimine est, sicut est homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, & cetera hujusmodi; ita & ob haec eadem movebantur gradu, & inter laicos referebantur.

Summa enim, & a priscis usque saeculis repetita personarum divisio in Clericos est, & Laicos. Hinc duplex orta communitas, una ecclesiastica sive clericalis, laica altera. Huic equidem accenseri possunt & ipsi clerici, quandoquidem mysticum corpus ex utroque sub capite Christo conflatur ordine, & uterque simul divinorum promissorum fit particeps: *per cognitionem enim Christi* (2. Petr. 1. 3. 4.) *donata sunt nobis maxima, & pretiosa promissa, ut per ea fideles efficiantur divinae consortes naturae*. Attamen strictiorem usus indidit significatum, denotatque fundendarum in uno eodemque loco precum jus, & eucharistiae sumendæ. Ecclesiastica vero communitas eos complecti-

plectitur, qui proscribebantur in ἱερατικῷ καταλόγῳ seu ἐν τῷ κανόνι, ut ajunt Patres Nicaeni. Et ejus quidem totidem genera numerantur, quot ordinum gradus, ut alia secum Episcopi cohaererent communione, alia presbyteri, alia Diaconi. Unde & munia commiscere nefas habebatur, ut si alter propterea in alterius officium invaderet, eos communione privarit *can.* 31. Apostolorum: *si quis presbyter, spreto proprio episcopo, seorsim collegerit* (χωρὶς συναγάγῃ) *& altare alterum* (θυσιαστήριον ἕτερον) *defixerit, qui nihil in episcopo suo deprehenderit justitiae ac pietati contrarium, deponatur ut ambitiosus; tyrannus enim est.* Presbyterorum quoque tyrannidem damnat can. 53. Cod. Eccl. Afric. Itaque si qui gradu moti fuissent, illa communitate excidebant, quae gradui adnexa, ut pro indignitate rei modo gradu omnino exturbarentur: modo προεδρίας honor, & quaedam episcopo debita τιμὴ reservaretur, cui verbi divini administratio, & poenitentiae concessio, ceteraque partium epi-

scopalium munera interdicebantur. Haud igitur aequa fruebatur cum ceteris communione sic mulcatus episcopus, propterea quod de ea nonnihil amiserat, & jus illud esset imminutum. Hinc Nicaena Synodus *cap.* VIII. Novatianis, si ad orthodoxos se se reciperent, Episcopi nomen servat, & inter presbyteros honorem consessus. Eademque Synodus epist. ad Alexandrinos apud Theod. *lib.* I. *c.* 9. Meletium, qui ab Arianis steterat, cuilibet imponere manus prohibens ψιλὸν τὸ ὄνομα τῆς τιμῆς *nudum honoris nomen* tantum concedit. Ergo communionis integra privatio Clericos inter laicos omnino referebat, cum altera spem restitutionis ostenderet, & quaedam honoris insignia gradu motis conservaret. (1) Quare fallitur Bellarminus

(1) Suspensionem, quae Clericum ad certum tempus ab officio, beneficiove arcet, veteri Ecclesiae ignotam autumat Zieglerus *lib. III. de Episc. c.* 32. *Haec non videtur fuisse in primitiva Ecclesia in usu, sed clerici deliquentes a sacris fungendis ministeriis ita arcebantur, ut in laicorum prorsus ordinem redigerentur. Depone-*

minus *lib.* IV. *de Euch. c.* 58. qui laicam communionem de ea accipit, quae sub una tantum specie panis concedebatur. Quam sententiam jure optimo refellit Cardinalis Bona *de reb. litur. lib.* II. *c.* 19. §. 3. *Recentiores, qui audito nomine communionis, ejus veteri notione neglecta id solum concipiunt, quod hodie ea voce significatur, laicam communionem nihil aliud esse putant, quam perceptionem Eucharistiae sub unica specie, aut extra cancellos more laicorum. quod quam falsum sit, vel ex eo liquet, quod saepe clericos ad laicam*

ponebantur igitur, & removebantur ab officio, non suspendebantur ad tempus, nec regressum habebant, aut spem recipiendae functionis, sed inter laicos perpetuo deinceps censebantur. Id enim significant vocabula καθαίρεσις *&* καθαιρεῖσθαι, *quae in hoc negotio usurpari solent .... postea vero remotio & depositio aliqua ad tempus introducta fuit, eaq. non depositionis amplius, aut remotionis nomine venit, sed suspensionis; quomodo suspendi dicitur sententia, quae vires suas ad aliquod tempus exserere, & judicati vim acquirere non potest l.*32.§.3. *C. de appell. &c.* Verum ut a sententia Ziegleri discederem, fecit Cypriani locus *epist. III.* ad Rogatianum Episcopum Afri-

communionem detrusos legimus eo tempore, quo etiam laici sub utraque specie communicabant. Quin vero cum in vetustis monumentis expelli Clericum reperimus a communitate, non statim cogitandum de anathemate; sed ea capienda de Clerico in laicam communionem redacto bene monet Albaspinaeus *lib.* 1. *Obser. c.* 2. Quod & Balsamon, ac Zonaras jam antea providerant ad *can.* 16. *Nicaenum*. Ubi Synodus pronunciat 'ακοινωνήτους clericos Ecclesiae, cui addicti erant (nefas enim ordinari quem-

Africanum conscriptae. Eum enim hortatur, ut diaconum, qui contumeliis ipsum lacessiverat, aut *deponeret*, aut *abstineret*. Ubi καθαίρεσις, quae perpetua fuit, clarissime discriminatur a suspensione, quae vel certorum mensium fuit, vel paucorum annorum, quod ex pluribus patet Conc. Aurel. III. canonibus, qui vel ipso suspensionis vocabulo utuntur, vel voces adhibent 'ισοδυναμοῦντας. Sed promamus tandem Cypriani verba, ut id, quod res est, facilius cognoscatur: *quod si ultra te contumeliis suis exacerbaverit, fungeris circa eum potestate honoris tui, ut eum vel deponas, vel abstineas*. Immo communio peregrina, de qua tamdiu concertarunt eruditi viri, quid aliud fuit, quam

quempiam ἀπολελυμένως) desertores. Heic Balsamon ἀκοινωνήτους eos esse dicit, quibus vetitum συνιερουργεῖν *simul sacrificare: in ea enim*, inquit, *significatione non communicare accipitur; non autem in ea, quae est, in Ecclesiam non accedere, vel sacramenta non participare*. Similia paene habet Zonaras ad d. c. Verum omnino probare nequeo, quod scribit Binghamus lib XVII. Orig. c. I. vocabula videl. illa ἀκοινώνητος, ἀφορισμὸς, ἐκκηρύττεσθαι in antiquis canonibus usurpata, cum de clericis

quam quoddam suspensionis genus? Ac fallit quidem animus Binium *not. in conc. Ilerd. can.* XV., & Bellarminum in *de Euch. lib.* IV. *c.* 24. qui secuti glossam in Gratian. c. XI. caus. 13. q. II. communionem peregrinam eandem esse voluerunt, ac laicam. Nam omnino discrepant. Enimvero qui referebantur in laicam communionem, de gradu prorsum dejiciebantur; at qui in peregrinam, post certos poenitentiae dies stationem recipiebant suam; ut patet ex Agath. Synod. can. II. ubi contumacibus clericis *peregrina communio tribuitur, ita ut cum eos poenitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum dignitatemq. suscipiant*. Peregrina porro dicta est, ut exordiar a nomine,

ricis sermo est, *vel plenam eorum dejectionem de gradu dignitatis, vel temporariam administrandi muneris interdictionem significare*. Sunt enim res planae diversae, & distinguuntur clarissime in canonibus Apostolicis, ut cum ob indignius admissum facinus clericum jubent non modo a communione secludi, sed & a sacris penitus arceri, utantur voce ἀφορίζειν, & ἐκκόπτειν τῆς ἐκκλησίας; quae proprie de anathemate percussis dicuntur. Ita *can.* 25.: *Episcopus, vel presbyter, vel diaconus fornicatio-*

ne, quod imitata sit exemplum peregrinantium clericorum, quos sine formatis litteris in alienam dioecesim commigrantes humaniter quidem excipi moris fuit, sed ab obeundis ordinis sui muneribus abstinebant: *quae cautio* (inquit Card. Bona de *reb. lit. lib.II. c.* 19.) *etiam hodie adhibetur, ut ignoti & extranei sacerdotes non permittantur celebrare, nisi litteras suae ordinationis ostendant, tametsi in reliquis omnia illis officia christianae caritatis impendantur*. Ne sim autem morosus, praetereo can. 34. Apost. & can. 7. Carth. primi concilii & can.7. Antioch. aliosque qui sententiam hanc mirifice confirmant; vid. Bingh. lib. 17. Orig. c. 3. §. 8. Illud non impune omiserim, quod & lai-

cationis, *vel perjurii*, *vel furti convi-ctus deponatur* (καθαιρεῖσθω) *&* *non segregetur* (καὶ μὴ ἀφοριζέσθω). Et *can.* 42. *&* 43. *Episcopus*, *presbyter*, *&* *diaconus aleis*, *&* *ebrietati studens deponatur* (καθαιρεῖσθω). *Hypodiaconus vero*, *lector* *&* *cantor similia faciens segregetur* (ἀφοριζέσθω). Vides hinc, ob idem crimen majores Clericos inter laicos referri, minores ab ipsa expungi Ecclesia. Quid hoc, quaeso, nisi quia aliud fuit ab ecclesia expelli, aliud exauctorari deponiq? Jam vero *can.* 29. cum de atrociori crimine agatur, καθαιρεσεῖ ad-

 ditur

& laicis ipsis peregrinantibus sine commendatitiis episcoporum litteris denegabatur eucharistia, donec *se esse catholicos fide certa docuissent*, ut loquitur Baron. ad *an. Chr.* 400. ac tamen communibus ecclesiae precibus interim non intercludebantur. Eodem plane pacto si clericus in propria cui adscriptus erat ecclesia propter aliquam noxiam fungi vetaretur ordinis sui munia, is tanquam peregrinus ad statum tempus, intra quod poenitentiae subjiciebatur, abstinebat ab implendis ordinis sui partibus, quamvis ei non interdiceretur eucharistia, quae nec peregrinis, nec ignotis negabatur, dummodo se catholicos esse certis indiciis comprobassent.

ditur *ἀφορισμὸς* : *si quis episcopus per pecunias hanc sibi dignitatem assecutus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur & ipse, & qui eum ordinavit, & a communione etiam omnino excindatur* (ἐκκοπτέσθω καὶ τῆς κοινωνίας παντάπασιν). Ergo non idem est καθαίρεσις, & ἀφορισμὸς; cum hic tam Clericis, quam laicis accommodetur, & omnino delinquentes ab ecclesiae corpore abscindat: illa vero Clericis dumtaxat, si quid levius admisissent, irrogetur, & in laicorum numerum redigat, omni prorsum dempta spe postliminii.

CAP. VII.

De Interpretatione cap. Clericus. *Variae interpretum sententiae breviter proponuntur, & confutantur. Opinio Petri de Marca omnium verissima.*

HUc usq. fere totius ecclesiasticae disciplinae decurrimus spatia gradusq. nec ullum Isidoriano capiti assignare locum potuimus. Jam enim ostendi

di per tria priora ſaecula litigia Chriſtianorum per arbitros epiſcopos dirempta; quod et ad multam ſub ipſis chriſtianis principibus aetatem duravit: item eccleſiaſtica ἁμαρτήματα gladio ſpiritali amputata; qua de re prolixum ſatis produxi locum S. Cypriani *p.* 88. leves praeterea culpas Epiſcoporum judiciis Imperatores reliquiſſe: nec niſi per Franciae Reges tantam, qua hodie conſenſu omnium ordinum fruitur, juriſdictionem nactam Eccleſiam. Regradatio igitur eopte quo jubet Iſidorus inſtitui modo veterem eccleſiam latuit. Et fateor quidem, ope principum vel furentibus adhuc ethnicorum in Chriſtianos procellis uſam ſaepius Eccleſiam; quod & exemplo Pauli Samoſateni ſupra demonſtravi. Poſt ea tempora canones conciliorum non modo rem confirmarunt, ſed & juſſerunt. Ita in Antiocheno ſub Conſtantio celebrato *c.* v. presbyter, diaconuſue collectas ſeorſim ab epiſcopo facientes coerceri jubentur διὰ τῆς ἔξωθεν ἐξουσίας *per externam potentiam.* Et in Cod. Afric.
ſaepi-

saepissime Patres adire præcipiunt magistratus, & ipsos principes, ut vel clericos despicientes Ecclesiæ jussa reprimant, vel haereticos retineant in officio. Immo *can.* 93. hunc morem implorandi magistratuum opem confirmant exemplo Apostoli, quem ajunt seditiosorum conatus fregisse στρατιωτίκῃ βοηθείᾳ *subsidio militari*. Quid igitur restat aliud, quam ut videamus, unde potuerit Isidoro venire in mentem, Clericum insidiantem Episcopi sui vitae ordine moveri primum, mox curiae serviturum addici? Sed antequam pensum meum persolvam, aliorum sententiis disquirendis parumper immorari non poenitebit. Dupliciter autem, quod sciam, ab vulgaribus interpretibus exponitur caput *Clericus*; quorum sententias Petri de Marca in Interp. cap. *Clericus* verbis describam: *quidam* (inquit) *corpus curialium intelligunt, cui clericus vilia ministeria obiturus addicatur. Quidam vero forum, & curiam saecularium judicum, quorum sententia debitam poenam suscipiat; quemadmodum*

in

in eadem specie clerici suo episcopo insidias molientis decrevit Pius Papa apud Gratian. cap. siquis Sacerdotum 11. q. 1. *Posteriores Pontifices horum decretorum verbis utentes clericum tradi curiae sic interpretati sunt, ut de judicibus publicis, & eorum curia, non autem de corpore curialium intelligant.* Quam postremam sententiam prius aggredi in animo est; sed in antecessum id monitum volo, mihi rem non esse cum Rom. Pontificibus, quorum judicia, qua aequum est pietate, veneror & amplector. Quorum cum sit authentica interpretatio, & possint cum e re futurum viderint sancire quid novi juris, ut ostendi *cap.* 1., immo, quod caput est, cum ejus ritus quaedam repererint vestigia in Nov. Justiniani, quid ipsis impedimento fuit, quin addictos curiae acceperint pro judici saeculari proditis? Nimirum cum omnia Clericorum crimina sibi unis judicanda statuissent, sui moduli fecerunt, ob quae clerici delicta, & quando exciderent clericatus beneficiis, & praevia praelatorum sententia manifesto trade-

traderentur puniendi magistratibus. Hoc ut significarent, adhibuerunt loquendi genus in antiquis canonibus, quos esse commenticios (1) ignorarunt, usurpatum. Eodem accedat, quod is, qui talia mentiebatur, non aliam curiae subjecit notionem; ut ex his, quae *cap. seq.* disputanda sunt, apparebit. Quod quidem magis placet, quam Blascianum illud *opusc. t.* 1. *p.* 182. & *in de collect. can. Isid. Merc. p.* 179. abolitis videlicet curiis, *canonistas hujusmodi*

(1) Excipe Leonem IV. qui ad episcopos Britanniae sic rescribit *can.* 1. *dist.* 20. *quibus autem in omnibus ecclesiasticis utimur judiciis, sunt canones Apostolorum, Nicaenorum &c. & cum illis regulae praesulum Romanorum, Sylvestri, Siricii, Innocentii, Zosimi* &c. Itaque cum Leo decretalium enumerationem exordiatur a Siricio (vocem enim illam *Sylvestri*, quam glossema putat, expungendam docet de Marca lib. III. c. 4. *præsertim cum*, inquit, *illa tempestate nondum canones Sylvestri, nec apud Sedem Apostolicam, nec apud provincias recepti fuissent, ut docet Hincmarus*) Isidori commenta praesensisse censendus est. Celeberrima ceteroquin est Nicolai Papae cum episcopis Gallicanis altercatio, cum ille Isidorianas epistolas urgeret; hi pro viribus tanquam suspiciosas rejicerent.

modi traditionem curiæ interpretatos pro traditione judici saeculari. Ceterum canonistarum, qui ita censent, σφάλμα in eo est, quod ejusmodi poenam vel in ecclesia primitiva putent irrogatam, ut conjicere licet a Francisco Duareno *de sacr. eccl. minist. c.* 3. *verum*, inquit, *curiam interpretati sunt quidam pontifices potestatem civilem*, & *magistratum*, *cui traduntur sollemni exauctoratione praecedente*, *quam degradationem vocant*, *ut magistratus in eos animadvertat* c. ad falsariorum de crim. falſ. cap. novimus de V.S. c. degradatio de poenis in 6. *Quod non eo dico*, *ut ejusmodi exauctorationem improbem*, *aut magistratus animadversionem in criminibus*, *quae ecclesiastica non sunt; cujus etiam meminit Justinianus in locis supra adductis*. *Sed morem in Ecclesia receptum nocentes clericos tradendi suppliciis afficiendos*, *veteribus cognitum fuisse*, *vix mihi persuadeo*. *Hujus autem poenae exemplum est apud Justin. Nov.* 123., *cum jubet presbyteros*, *aut diaconos*, *qui post ordinationem uxorem ducunt*, *curiae*

cum

cum bonis suis tradi. Meminit & Theod. lib. 4. c. 22. sed notandum est, eos qui ita condemnati essent, honore & privilegiis curialium, sive decurionum frui solitos non fuisse, quamvis onera omnia curialia subirent, ut ex Nov. Justin. 45. de Judaeis apparet. Sed nescio, an Duarenus ipse scopum attigerit. Compertum enim est, Clericos, qui post initos majores ordines uxorem ducunt, de gradu statim decidere. Quod primum constitutum inveni a Siricio; cum antea tres illi primi gradus (episcopos dico, presbyteros, & diaconos) consuetudine tantum coelibatum observarent; ab eoque definiendo magna Nicaena Synodus merito lubens abstinuerit. At Siricius consuetudinem vertit omnium primus in legis necessitatem: *hi vero*, inqui, *qui illiciti privilegii excusatione nituntur, & sibi asserunt, veteri hoc lege concessum, noverint se ab omni ecclesiestico honore, quo indigne usi sunt, apostolicae sedis auctoritate dejectos.* Nec autem intra dioecesеos urbicariae fines se se continuit Siricianum decretum, sed & Africam per-

pervasit, Macedoniam quoque, Thessaliam, & Graeciam, ut evincit luculentissime de Marca *lib.* I. *de Conc. c.* VIII. Ergo Justinianus non poenam sancit in clericos nuptias ineuntes, sed inter laicos jam depositione redactos curiae mancipat; quod ex infra dicendis *cap.* VIII. clarius apparebit. Hinc, quam longe Gothofredus Jacobus iverit a mente Jnstinianea, licet cognoscere, cum ad *Nov.* XXII. *c.* 42. scripsit: *sacerdos contrahens nuptias non punitur poena corporali, sed sacerdotio tantum cadit: & ita potior habetur ratio matrimonii conservandi, quam sacerdotii gerendi.* In eamq. rem laudat Nov. 123. cujus sententiam nuper aperuimus. Quod vero pertinet ad alteram Justiniani Novellam, quam suas in partes trahit Duarenus, eam non ultra Judaeos porrectam velim. Hi enim cum essent curiales, & juribus curialibus fruerentur, iis merito privat Justinianus, ne potioris viderentur esse conditionis, quam haeretici, qui cogebantur onera subire curialia, nec ullum inde

inde tamen beneficium accipiebant. Ad haec clericos matrimonium contrahentes numquam legi, ut nominatim heic Judaei, ejusmodi juribus spoliatos, sed tantum dedi curiae; quod quid sit, infra dicam. Jam neque Gentilis assecutus plane est sententiam cap. *clericus*; cum ut firmaret magis opinionem Duareni, producit legg. 12. & 18. C. de Episc. Nam ibi agitur de revocandis in curiam, qui ut effugerent munia publica, quibus propter censum obligabantur, clericatui nomen dederant; sed de hoc fusius cap. seq. differam. Satis, opinor, difflata est prior cap. *Clericus* interpretatio; quae tamen vera esse potest, modo ponamus, improprie locutum Isidorum, cum de more, quem Justiniani Novellae primitus invexerant, exauctoratum clericum magistratibus tradi praecipit coercendum. At nunc alteram explodamus ipsis Petri de Marca verbis: *sed non adimunt scrupulum, quem verba Stephani injiciunt, qui tradi curiae serviturum decernit. Quae servitia, ut collegio*

curia-

curialium competere possint , *aliena tamen videntur a magistratibus publicis ; quorum apparitio & obsequium non videtur poenae loco censeri posse* , *cum decus potius* , *quam vilitatem* , *& infamiam ministrantibus addat* . Jam vero novam , & hactenus (fateor) inauditam mihi excogitavit Blascus noster. Nam Opusc. l. c. contendit, tradi curiae in *c. clericus* 3. *q.* 4. *& in can. si quis sacerdotum & c. statuimus* 11. *q.* 1. non idem esse , quod dedi judici saeculari ; sed spectare poenam , cujus meminit lex 49. C. Thod. de Episc., *ut scilicet hujusmodi clericus decurionum curiae tamquam servus publicus esset obnoxius* . Negari quidem nequit , Isidorum ad hanc respexisse legem , cum mentiebatur , falsisq. vera admiscebat; id quod & antea monuerat Blondellus in *Pseud. Isid.* At optime Gothofredus ad d. l. animadvertit , heic non propter poenam addici curiae clericum; nam etsi quandoque curiae deditio sit poenae loco, id tamen nec bene colligitur ex hac lege, & fuit postea subla-

tum. Quod autem scribit in *de Collect. l. c. curiae mancipari poenae genus erat, quod gravissima curialibus onera incumberent . . . . sed nov.46. Leonis in oriente, & moribus in occidente, novo regimine invecto, desiere collegia curialium, qui erant veluti servi publici ;* id quidem ferrem aequanimiter, nisi me quaedam offendissent vocabula. Quid enim ista sibi volunt *collegia curialium?* at scitum est, curiam & collegia differre, cum illa civitatis ordo fuerit splendidissimus; in ista lictores, viatores, nomenclatores, aliiq. tales cooptarentur. Deinde curiales inter publicos servos numerari quis sustinebit? Quem enim antea decurionem moris fuit vocitari, is rectius sub Imperatoribus curialis dictus est; refer animum sis ad ea, quae cap. seq. observabo. Jam neque interpretatio Cujacii gratum mihi facit. Quis enim de amplissimo decurionum ordine (ita enim vocatur in litteratis cippis) sic loquentem ad *cap.111.de Judiciis* hominem jurisconsultissimum bono animo audiet? *male autem*, inquit, *etiam*

iam in hanc rem (verba facit de clerico ad magistratum saecularem mittendo) *Bernardus Papiensis . . . . affert c. clericus 3. q. 4. quoniam in eo, quod ibi jubetur clericus, qui insidiatus est vitae sui episcopi, quive per calumniam eum accusavit, deponi, i. e. regradari, & curiae tradi serviturus, id non est intelligendum de curia judicum saecularium, sed de curia decurionum, qui judices non sunt, cui poenae caussa clericus addicitur, ut serviat, tanquam pistrino*. Ergo, si me audis, tute sequi poteris Petrum de Marca, cujus opinionem heic tantum contentus ero proponere; quam pluribus infra confirmare argumentis in animo est. Neminem enim adhuc novi quid verisimilius protulisse. Itaq. ubi vir magnus varios auctae per Pontifices ecclesiasticae jurisdictionis gradus recensuit, ut arbitratu suo tandem definiverint, *ob quae crimina clerici, judicio ecclesiastico depositi semel, ad graviorem poenam infligendam ad judices saeculares transmitterentur*; mox addit: *Hoc est quod in decre-*

tis Pii & Stephani dicitur, *curiae tradi clericos convictos* , *scilicet ut puniantur* (intelligendus de Marca non de iis temporibus , quibus ejusmodi canones conditi finguntur: nam ignorabatur tum ejusmodi poena, nec opperiebantur magistratus praesertim ethnici , ut prius deponeretur clericus ; sed de iis, quibus Pontifices a jurisdictione laica clericos omnino exceperant, & traditio judici saeculari jam in usu erat); *quemadmodum diserte observat Pius*, ut accipiat quod inique gessit . *Cui sententiae non est contrarium*, *quod ait Stephanus* , *ut clericus curiae tradatur serviturus*. *Quippe non significat*, *ut ad vilia ministeria in curia obeunda damnetur* . *Nulla enim istius generis poena ullibi occurrit* . . . . . *Dicendum ergo*, *ut hic nodus expediatur*, *traditum curiae clericum* , *ut in illum a judicibus animadverteretur* , *eo tamen animo* , *ut capitis minutione maxima*, *i. e. servitute tantum* , *non autem ut capite plecteretur* . . . . *Porro poena servitutis ob crimen admissum inducta erat a Concilio Aure-*

Aurelianensi , & ejus exemplo a conciliis Toletanis . Unde factum , ut auctor epistolae Stephani ejus meminerit .

C A P. VIII.

Commentarius litterarius cap. Clericus . *Multiplex decurionum significatus . Cur aetas sequior decuriones rectius appellarit curiales? Exponitur quid sit* tradi curiae . *Postremam illam voculam* serviturus *unde Isidorus vel hauserit , vel commentus sit .*

EXploratis aliorum sententiis,nostram nunc in medium proferamus . Ajo igitur , cap. *Clericus* ex plurimarum legum secius intellectarum , plurimorumque canonum contextu fuisse conglutinatum . Quod ut solis luce clarius appareat , rem ab origine prima repetam . Ac variam esse decurionum significationem vetusta monumenta pervoluentibus patet . Principio singulis officiorum decuriis qui praeerat , decurio dictus est. In plures enim decurias

in ternas plerumque, aut quaternas, aut etiam plures ejusmodi officia dispensata significant antiqui lapides: *decuriæ* IV. *lictorum: decuriae quattuor admissionum: decuriae paedagogii dominici*. Ergo qui cuique praeficiebatur decuriae, huic decurionis nomen fuit. Hinc & apud Suetonium in *Domitiano* memoratur *decurio cubiculariorum*; & promit Torrentius ad hunc Suet. locum vetustum monumentum, ubi mentio fit *decurionis cubiculariorum*. Iidem & *principes*, & *priores*, & *primi* etiam appellati sunt. Unde & *princeps scriniorum* apud Lampridium in Alex. quos sequens aetas *primiscrinios* nuncupavit, & Græci πρωτοσκρινίους. Quod & in veteribus monachorum regulis obtinuit, ut ostendit Carolus Cointius in *Ann. Franc.* ad *an. Chr.* 536. Nam singulas monachorum decurias qui ducebant, decuriones, vel decani nominabantur, nec non parentes, ac seniores (1). Hieron. *epist.*

(1) Priores sequior aetas appellavit; sed numeratus est Prioratus inter ea beneficia, quae con-

epist. 22. *ad Eustoch.* *unaquaeque decuria cum suo parente pergit ad mensam.* Quam quidem decuriam modo ex novem constitisse reperio, ut apud Hieron. l. c. *dividuntur per decurias, ita ut novem hominibus decimus praesit;* modo ex denis. Hinc S. August. *de mor. Eccl. Cathol. c.* 31. dictos scribit *decanos, eo quod sint denis praepositi*. Cui suffragatur Cassianus, qui *lib.* 4. *c.* 7. laudat decanum, seu *seniorem, qui decem junioribus praeest, quos sibi creditos ab Abbate instituit pariter, &* *gubernat*. Ad similitudinem autem decanorum militarium sic vocatos arbitror; nam *erant decani*, inquit Vegetius

conferuntur electione, non ordine προγενεσίας obtinentur. At olim antiquitatis praemium fuit. Hinc Julianus antecessor *Nov.* v.21. *priorem* vocat, qui Justiniano est πρῶτος μοναχὸς *primus monachus*, eum vid., qui habebat τὸ πρωτεῖον τῆς προγενεσίας *primatum vetustatis*. At *primum monachum* Julianus vertit, qui dicitur a Justiniano ἡγούμενος, ut *magister ordinum* vocabatur ἡγούμενος ταγμάτων: & habebat τὸ πρωτεῖον τῆς ἀρχοντίας *primatum regiminis*, alias archimandrita dictus, seu Abbas. Vid. Salm. *de Prim. Pap. c.* 2.

brum Ravennatium collegio; meminit enim & *decuriarum collegii*, *&* *viginti octo decuriarum*.

At omnium celeberrimi decuriones fuere, quos melius aetas sequior curiales (1) dixit, ut docet Henricus

(1) Decuria non semper δεκὰς est, sed pro parte tribus interdum accipitur. Curiam dixerunt veteres, & Graeci φρατρίαν, sicut τριττυν tribum. Hinc auctor veteris Glossarii: *decuria* δεκὰς, δεκανία, φρατρία. At curiam aetas posterior vocavit minorem municipiorum senatum; decuriae vero nomenclatio tribuum μέρει tributa est. Tacitus XII. Ann. *hinc plerumq. tribus, decurias, ministeria magistratibus, & sacerdotibus, cohortes etiam in urbe conscriptas.* Et Terrullianus in Apol. *tribus, decurias, palatium* &c. Jam porro systemata hominum ejusdem professionis φρατρίαι fuerunt, ex trigintaq. constabant familiis, in quarum singulis totidem homines recensebantur. Ita ex nongentis extitere capitibus graecae φρατρίαι. Ad hanc fere summam accedit numerus judicum, quos in quaque decuria numeratos tradit Plinius *lib.*33. *c.*1. *vixq. singula millia in decurias sunt*. Itaq. rem non acu tetigit Casaubonus ad Svetonium in *Aug.* ubi cum historicus Augustum narrasset ad tres judicum decurias quartam addidisse, hunc locum sic commentatur Casaubonus: *decuria in hoc loquendi genere non est* δεκὰς; *nam singulae decuriae singula minimum millia*

cus Valesius in *Amm. Marc. lib.* 38. *c. 6.* Nec enim a curia decuriones recte inflectuntur, quod placet Gentili lib. 11. de Jurisdict. sed potius curialis descendit. Hinc apud Graecos *ἀπο τῆς βουλῆς a curia* vocantur *βουλευταὶ curiales*. A

millia continebant, quod ex Plinio constat. Paucis interjectis lineolis haec habet : *est vero decuria hac notione idem fere , ac* λεύκωμα album . . . . . *quae ea ratione decuriae dictae sunt, qua & equitum decuriae dicuntur apud Tacitum , & Svetonium. Quod enim apud eos legimus* ordinare decurias equitum *id significat , omnes equites recensere , & eum cuiq. locum assignare , quod ei conveniebat . Erant quippe decuriae aliae aliis honestiores ; cujusmodi decuria quaestoria erat, inter equestres vel honestissima , quam si quis erat nactus , ejus fuit sedere in quatuordecim inter primores*. At decuria non est album, sed φρατρία, uti diximus : seu heic decuriae sunt corpora certorum hominum , uti monet Henricus Valesius , & Jacobus Gothofredus, qui in civilibus caussis , & editionibus libellorum, in publicis & judicialibus actibus operam locabant . In his librarii fuerunt , scribae , lictores , viatores , nomenclatores , & accensi magistratuum . Ita apud Gruterum legitur: *decuria lictoria consularis*, & : *decuria viatoria consularis* ; & *in l.* 1. *cod. Theod. de lucr. offic. ordines decuriarum scribarum, librariorum, & lictoriae consularis*. Apud

A decuria porro decurialis melius fit. Verum ordines municipales numquam decuriae nominantur, nisi *in l.* 176. *C. Th. de dec. ibi : excepto ipsius decuriae viro*. Atqui bene Gothofredus heic advertit in Ms. legi: *curiae*. *Quid enim,* in-

Apud Svetonium praeterea in *Claudio* memorantur *scribarum decuriæ*. Ergo *decuria quaestoria*, quam & *scriptum quaestorium* vocavit vetus scholiastes Juvenalis *sat.* v. scribas quaestorios complectebatur. Et quidem Sarmentus ille, quem scholiastes ait coemisse decuriam quaestoriam scriba fuit teste Horatio *sat.* v. *lib.* I. *scriba quod esset, deterius nihilo dominae jus esse*. Hujusmodi porro decurias vel sortiebantur scribae, uti patet ex Cic. IV. *Catil.* 7. ubi vide scholiast. vel magistratuum gratia iis attribuebantur; quod ostendit Livius *lib.* 4. *scribam eum quaestor in decuriam legerat*; vel deniq. comparabantur, ut constat e laudato scholias. Juven. loco: *Sarmentus natione Tuscus incertum libertus, an servus plurimis forma & urbanitate promeritis eo fiduciae venit, ut equitem Romanum ageret; decuriam quoque quaestoriam compararet. Jam autem senex in maximis necessitatibus, ad quas libidine, luxuriaq. deciderat, coactus auctionare, cum interrogaretur, cur scriptum quoque quaestorium venderet, non infacete bonae se memoriae esse prodidit*. Et Cic. 4. Verr. in fin. scribas irridet, qui decuriam emerant num-

inquit, *hic decuriae?* Jam vero curia fuit *municipum proprius senatus*, ut ait Ausonius in Mos. Ita in Gloss. Graec. Lat. βουλευτήειον redditur *curia*, *ordo*. Quapropter perperam Henricus Norisius *Diss.* I. *Cen. Pis.* senatum dictum adstruit, quod curia ad exemplum Romani senatus instituta sit. Nam priusquam existeret urbs Roma, jam in civitatibus erant βουλευτήεια; id quod exemplis illustrare non opus est, cum & natura ferat, ut in urbibus sint consilia, & historici titulique veteres passim ea commemorent. Quamvis non negem senatus nomen è Latio derivatum; & qui civitatum praesertim Graecarum instituta meminerunt, latinis vocabulis eadem enunciasse. Quin etiam Romanorum

nummulis corrogatis. Jam vero qui in has decurias referebantur, *decuriales* dicti sunt, quorum erat acta omnia, & monumenta servare, sententias praesertim judicum, contractus, adoptiones, & id genus alia. Hinc Cassiodorus *lib.* v. *epist.* 21. de iis testatur, quod *omnium hominum quies, ac securitas, & publica fides in eorum scriniis servabatur.* v. Valesium l. c.

rum colonias, cum graecanica depravassent scita, sermonemque, mores & nomina latina dedisse rebus vel a se conditis, vel a se ut plurimum vitiatis compertum est. Ex quibus efficitur, honorificentissimum fuisse curialium ordinem. Quapropter militibus ad ravim usque post fugatum Sex. Pompejum missionem petentibus Augustus decurionatum in sua cuique patria promittit apud Appian. *lib.* v. *de bel. civil.* Ex eorumque ordine desumebantur magistratus (1) municipales. In veteribus deni-

(1) Duumviri videlicet, qui ita dicebantur, quod duo essent; quamvis plures interdum fuerint, unde quatuorviri, quinqueviri, septemviri passim in vetustis lapidibus. At etiamsi numero plures essent; duoviros tamen vocatos censet Gentilis *lib. II. de Jurisd.*, ut Romae dicebantur quindecemviri sacrorum, etiamsi illorum numerus ad sexaginta devenerit. Creabantur autem e decem primis, seu qui in ordine Curiae primi censerentur. Cic. pro Rosc. Amer. n. 14. *itaq. decurionum Amerinorum decretum statim fit, ut decem primi statim proficiscantur ad Sullam*. Et in Cod. Theod. l. 39. de Episc. & l. 54. de haeret. nominantur *decem primi curiales*. At alibi xv, pri-

denique inscriptionibus dicuntur: *ordo sanctissimus, splendidissimus, amplissimus Decur.* Nec magis verum est, quod Norisius d. l. asserit, quod exemplo Romanorum patriciorum, & plebejorum fuerit in quaque civitate duplex ordo distinctus. Nam in græcis urbibus & apud omnes ubique nationes jam ante Romuli ortum vigebat istiusmodi institutum, ut praeter Regem, cui parebant omnes ordines, essent & cives, & ordo; que-

primos invenio. Ita Messiliensium xv. *primos* laudat Caesar lib. 1. de B. C. c. 35. Quin Cic. lib. 3. de N. D. citat *chirographum sex primorum*. Quare fallitur Salmasius *de Primat. Papae c.* 11. qui cum vidisset a Curia fieri non posse decurionem, finxit *decurionem proprie cuiusq. ordinis primum* esse; ut decemprimis nomen decurionis pressius accommodetur; deinde ceteris accreverit. At jam observavimus cum Valesio curiales melius a curia dici debuisse. De his satis; nunc institutum de duoviris sermonem repetamus. Hi rerum summam in municipiis coloniisq. administrabant; ut eum magistratum gesserint interdum Senatores Romani, quorum fastus notissimus. Ita Pompejum Capuae duumviratum gessisse legimus apud Cic. in Orat. post Red. in Sen. Et de Hadriano narrat Spartia-

quemadmodum in sodalitio omnes collegii praefecto obtemperabant, decurionibus singulae decuriae, ut ante dixi. Hinc nihil frequentius in vetustis monumentis, quam haec formula: *ordo, & populus Neapolitanus*; aut: *senatus populusque*; aut denique: *decuriones, & plebs*. Et apud Tacitum *lib.* 13. *iisdem consulibus auditae Puteolanorum legationes, quas diversas senatorius ordo plebsque ad senatum miserat*. Nec insolens Graecis est ea formula. Apud Eusebium *in vit. Const. c.* 1. *l.* 3. memorantur δῆμοι, & πολίτευται; & Gregorius Nazianzenus *epist.* 49. *ad Olympium* meminit πα-

tianus c. 19. *per latina oppida dictator, & aedilis, & duumvir fuit*. Ad ipsos, ut hoc non omittam, pertinuit ad curiales referre, ut Romae jus relationis habuere magistratus. Et jus dicebant; unde saepe apud Gruterum: *duumvir juris dicundi*: & : VII. *vir juris dicundi*. Ac tamen non cognoscebant de caussis gravibus, & praesertim capitalibus, ut advertit Scipio Gentilis l. 1. Hinc Polybius: *similiter & delicta in Italia admissa, quae animadversione publica opus habent, puta proditio, conjuratio, veneficium, aut caedes dolo malo patrata ad cognitionem senatus spectat*.

πάντας πολίταστε καὶ πολιτευτὰς καὶ ἀξιωματικοὺς cunctos cives & decuriones & honoratos. Sic etiam locutus Athanasius *epist. ad solit.* πολιτευτὰς καὶ δῆμον, & mox βουλευτὰς καὶ δημοτὰς; & Leo Augustus epist. ad Anatolium, quam refert Evagrius *lib.* 2. *Hist. c.* 9. & Libanius praeterea passim. Cum itaque ordo senatusque fuerint civitatis decuriones, decreta referentibus duoviris condebant, quae & populi consensu sciscì moris fuit. Hinc saepe apud Gruterum: *ordo Narniensium cum civibus*: & : *ordo Vocontiorum ex consensu & postulatione civium*; & alibi Ligurius quidam dicitur *II. vir designatus ex postul. populi*. Ad haec patrono municipii, vel coloniae cum statua dedicabatur propter beneficium, locus publico monumento a plebe exstructo a curialibus assignabatur. Ergo passim apud eumdem: *locus plebei datus decret. decur.* quae hisce potissimum notis signabantur L. D. D. D. Prostat denique in lib. 50. Digest. titulus *de decretis ab ordine faciendis*. Ac sicuti Romae in curia, seu

loco

loco auſpiciis capto, templove (quin & in ipſis curiis templa conſtituta, unde templa quandoque dictas memini, tradit Gellius *lib.* XIV. *c.* 7.) habebatur ſenatus; ita curiales in templum (1) convocabantur. Quare in

R inſcri-

(1) Haec dixi ex ſententia Noriſii. Ceterum in templo coeundi morem antiquiſſimum eſſe invenio. Et φράτριας quidem in templum convocari conſueviſſe nullus dubito, cum & a diis, quibus ſacrae erant, nomen quaeſiverint, ut de fratriis Neapolitanis oſtendit Mazochius in Diſſ. Cat. p. 140. Immo apud Pollucem *lib. III. c.* 4. generatim extant καὶ θεοὶ φράτριοι, καὶ φύλιοι. Hinc Salmaſius ad jus Attic. & Rom. c. IV. hujuſmodi ſodalitates in duobus hiſce verſatas demonſtrat, θυσίᾳ καὶ δείπνῳ *ſacrificio & epulo*, cum numquam ſacrificium fieret, quin epulae ſequerentur. Unde & θιασώτας in lege Solonis interpretatur cuiuſq. ſodalitii membra, quae cum deum aliquem honoratum convenirent, θίασος nuncupabantur. Et addit: *tales ſunt, quas hodie vocamus confratrias in honorem alicujus divi congregari ſolitas ex artificum, vel opificum plebe* (apud nos quaedam confratriae ſunt, quibus praeter multos Cardinales & ſum. Pontifices, adſcriptos etiam videas honeſtiſſimos quoſq. ordines, & ipſos Piiſſimos Reges; quod antehac inauditum) *cum ſingula opificia ſanctum ſuum, cui ſe conſecrarunt, & quem proprio cultu venerantur, habeant*. Quae mox ſequuntur fabulas ſapiunt Salmaſianas.

inscriptione Neapolitana apud Gruterum haec habentur: *Kal. Jun. in curia Basilicae Aug. Annian. scribun. adsuer.* Quaeque heic *curia Basilicae Augusti* nuncupatur, in aliis lapidibus *Augusteum* dictum invenio; quemadmodum nefarius ille P. Veidius Romanus eques, qui in muraenarum vivaria servos mergere consuescebat, curiam Augusti honori, & ornamento Beneventi aedificatam *Caesareum* inscripsisse legitur. Quod tum demum factum est, cum assentatores eo oris impudentiae devenerunt, ut vivis adhuc Romanorum Imperatoribus templa Sacerdotesque dedicarint. Quae cum ita sint, quivis intelligit, primos quosque civitatis in amplissimum ordinem cooptatatos; quod de graeco βουλευτηρίῳ facile praestare possim; sed oratio mea alio tendit. Apud Romanos igitur curiales triumviri legebant, qui coloniam deduxerant; postmodum adsciti, quibus erat census centum millium nummum. Hinc Plinius *lib. I. epist. 19. esse autem tibi centum millium censum satis indicat,*

quod

quod apud nos (h. e. Comi) *decurio es*. Eaque de cauſſa, qui ultra quinque & viginti jugera poſſidebat, eum curialem cenſeri neceſſum erat. Et in *l.* 23. *Cod. Theod. de decur.* Myſiae curialibus permittitur, *ut quos e plebe idoneos* habent, *ad decurionatus munia devocent*. Explicatur porro in *leg.* 53. quinam habendi ſint idonei, *quos* videl. *ad decurionum ſubeunda munera ſplendidior fortuna ſubvexit*. Adde Theodoſii *Novellam* 38. *in fin. C. Theod.* ubi cenſum curialium definit trecentorum ſolidorum. Ergo propter tam amplum patrimonium obire munia publica cogebantur, quae plurima (1) fuerunt,

 & mo-

(1) Ea recenſet Gothofredus *Parat. Cod. Theod. lib.* XII. *tit.* I. I. *curae publicae iis committebantur*. 2. *ad proſequutiones deſtinabantur*. 3. *pecuniarum civitatis publicarum adminiſtratio iis committebatur*. 4. *exactio item annonarum*. 5. *adſcriptio*. 6. *ſuſceptores in aliis provinciis creabantur, compulſores*. 7. *ſuſceptores ſuo periculo nominabant*. 8 *judicum præcepta exſequebantur*. 9. *geſta municipalia coram his fiebant*. 10. *menſiones, horrea, pagi his committebantur*. 11. *praepoſiti manſionum horreorum pagis creabantur*. 12. *procuratores me-*

& molestissima; ut Majoranus propterea Nov. I. l. c. dicere non dubitarit: *curiales servos esse Reip. ac viscera civitatum nullus ignorat, quorum coetum recte appellavit antiquitas minorem senatum.* Ne quis autem putet cum Blasco nostro, animadvertat, heic servum Reip. non eundem esse, qui servus publicus. Quamvis non inficier in *tit. Cod. Justin. lib.* VII. *tit.* 9. *de servis Reip. manumit-*

metallorum ex his fiebant. 13. *descriptionibus, contributionibus facultates eorum subjectae erant.* 14. *calefaciendis thermis apud Antiochiam aliquid praestabant.* 15. *adde & alia munera, veluti legationis &c.* 16. *ut postliminio reversi suis sedibus redderentur, auxilium suum deferre debebant.* 17. *palatiorum a transeuntium injuriis, & a senio vindicandorum cura ad eos quoque pertinebat, operum publicorum curam gessere, & Reip. pecuniae.* 18. *periculo ordinis complurima erant; aurum coronarium ab his praestabatur* 19. *cursus publici mancipatus ad hos aliquando pertinuit.* 20. *non sufficientibus his, qui ad cursus clabularis procurationem eligendi erant, curiales ad hoc munus vocati* 21. *providebant, quo pacto pastui militarium animalium sine laesione provincialium consuleretur.* 22. *curialium munera inferiora fuere prototypiae & exactiones: scribae & logographi curiarum munera.*

mittendis ea nomina haberi promiſcua. Nec injuria ſervi publici vocantur Reip. vel civitatis ſervi, cum ſervirent (ut loquitur Cujac. in Par.) tabulario civitatis, & rationibus, tabulis, chartiſque publicis, ſeu, ut verbo abſolvam, tabulariam adminiſtrarent. At Majoranus vocat curiales ſervos Reip. non eo, quod ſervitutem ſervirent (extiterunt enim ordo civitatis, & ſplendidiſſimus quidem, ut vidimus) ſed quia publica ſuſtinerent onera. Hinc ut manumitteretur publicus ſervus, tria poſtulabantur, uti liquet ex l. 1. & 2. C. eod. decretum ordinis ſive curialium, conſenſus praeſidis, & vicarii ſubſtitutio.

Jam vero cum tot tantaque curialibus incumberent onera, vetitum (1) ex

(1) Aliam quoque reddit rationem Innocentius Papa, cur arcerentur a clericatu curiales: *conſtat enim eos* (inquit) *in ipſis muneribus etiam voluptates exhibere. c. praeterea diſt.* 51. ubi Bohemerus: *alludit Pontifex ad illas voluptates publicas populo editas, quarum cura curialibus incumbebat, h. e. equorum Cir-*

ex iis quemquam in clericatum conscribi; praesertim cum Constantinus an. Chr. 313. legem tulit, cujus meminit Eusebius *lib.* x. *c.* 7., ut clerici *ab omnibus omnino publicis functionibus immunes conservarentur*. Quam legem improbitate Donatistarum interturbatam rursum scivit confirmavitque eopte anno. & mox ad omnes clericos inferioris etiam gradus prorogavit *l.* 1. 2. 7. *Cod. Theod. de Episc.* Tum igitur incredibile dictu fuit, quot locupletes homines in clericatum prorepserint, non ut divinis officiis operam darent, sed

Circensium, & spectaculorum secundum l. 1. *D. de mun., quae cum Religionis Christianae principiis pugnabant. Quid quod a curialibus, & in curia multae gentilitiae superstitiones exercebantur? pertinebant enim ad eorum quoque officium cura templorum gentilium eorumq. sollemnia, quod archierosynam appellarunt: a quo munere tamen Christianos absolvit Theod. Magnus l.* 112. *C. Theod. de decur.* sic idem Innoc. epist. 23. queritur, quod quidam flaminum officio functi *post baptismum vel coronati fuerint*. Quod quidem maximo Christianis crimini dabatur, ut patet ex Conc. Illyber. c. 3. Nam ejusmodi hominibus tantum *in fine praestari communionem* praecipit.

ſed ut aliquam a publicis muneribus, quibus ipſi & bona ſua afficiebantur, vacationem acciperent. Ex his factum, ut Conſtantinus ipſe primum immutaverit voluntatem, & qui ſecuti deinde principes ſunt alia alio tempore ſciverint. Nec enim ullam rem tantas ſubiiſſe memini viciſſitudines, quas oculis legentium uno veluti obtutu contemplandas ſubjeciſſe non moleſtum eſt. Ergo vetuit Conſtantinus curiales, vel ex curialibus ortos, vel etiam *inſtructos idoneis facultatibus, atque obeundis publicis muneribus opportunos ad clericorum nomen obſequiumque confugere*, ut loquitur l. 3. Cod. Theod. eod. Quod ſi contra fieret, talem juſſit *curiae ordinibuſque reſtitui, & civilibus obſequiis inſervire;* ſeu, ut fatur idem *l. 6.* ibid. *exemptum clericis civitati tradi. Opulentos enim* (inquit) *ſaeculi ſubire neceſſitates oportet, pauperes eccleſiarum divitiis ſuſtentari*. Verum haud ſcio, an Conſtantinus (tantas enim ab ipſo rerum conditu technas fallaciaſque ſtruere coepit humana mens, ut ad eas re-

tundendas frustra saepe sint leges) conturbarit magis negotium, quam composuerit. Quorumdam enim malevolentia & livore fiebat, ut presbyteri diaconive vel post multa sacrae militiae exacta stipendia veterani jam evocarentur in curiam. Quod quantum negotium facessiverit SS. Patribus, intelligere licet e D. Ambrosio *epist.* 29. *per triginta & innumeros annos presbyteri quidam gradu functi, vel ministri ecclesiae retrahuntur a munere sacro, & curiae deputantur*. Eaque ex caussa est, quod Innocentius Papa, ne redderentur curiae plurimos jam annos officium functi Clerici, curiales ordinari prohibuerit *epist.* IV. *c.* 3. *de curialibus manifesta ratio est, quoniam etsi inveniantur hujusmodi viri, qui debeant clerici fieri, tamen quoniam saepius ad curiam repetuntur, cavendum ab his est propter tribulationem, quae saepe de his Ecclesiae provenit*. Huic quoque calamitati ut occurreret concilium Illyricum apud Theod. *lib.* IV. *c.* 8. praecepit, ut *tum presbyteri, tum diaconi* ἐξ αὐτοῦ τοῦ

ἱερα-

ἱερατικοῦ τάγματος *ex ipso sacro ordine sumerentur; non autem* ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου *a curia, & militum ductoribus*. Hinc & apud Sozomenum *lib.* IV. *c.* 24. Neonam deposuit Concilium Constantinopolitanum, *quod nonnullos sacrarum scripturarum, & ecclesiae legum penitus ignaros, cum curiales essent, inconsiderate episcopos ordinasset*. Sed ut, unde exorsus fui, redeam, cum ipsi principes non leve incommodum hinc sequi vidissent, quod Clerici retraherentur in curiam, varia excogitarunt moderamina. Ac primum Constantius *l.* 49. *Cod. Theod. de decur.* solis Episcopis indulsit & realem (ut ajunt) & personalem immunitatem, hoc modo: *solum episcopum facultates suas curiae, sicut antea fuerat constitutum, nullus adigat mancipare, sed antistes maneat, nec faciat substantiae cessionem*. Quod beneficium propagavit in reliquos clericos, dummodo ex populi curiaeque consensu clericatum suscepissent; secus duas bonorum partes filiis cederent, proximisve cognatione, quos

 sibi

sibi sufficerent; aut his deficientibus, curiae redderent, retenta sibi tertia parte. Valentinianus senior variavit; nam statim ab initio imperii Constantii legem exasperavit: *qui partes* (inquit l. 59. ibid.) *eligit ecclesiae, aut in propinquum bona propria conferendo eum pro se faciat curialem, aut facultatibus curiae cedat, quam reliquit: ex necessitate revocando eo, qui neutrum fecit, cum clericus esse coepisset &c.* At septem annis post facti poenitens omnibus, qui clericatum inierant jam, cum ipse Remp. administrare coepit, immunitatem concessit *l.* 21. *Cod. Theod. de episc.* Valens tum denique clericos exemit, siquidem decennium transegissent in clericatu; *si vero* (inquit l. 19. ibid.) *intra finitos annos fuerit a curia revocatus, cum substantia sua functionibus subjaceat civitatis.* Valentinianus junior liberos esse jussit clericos curiales, modo *alium instructum facultatibus suis ad munera pro se complenda constituerent, l.* 99. *C. Theod. de decur.* Constitutiones Theodosii tres prostant in Cod. Theod.

ibid.

ibid. nimirum 121. 124. & 125. ibi *a curialibus nexibus* eos solum excipit, qui ante suum consulatum alterum clericis adnumerati fuerant, reliquis *omni cedendum esse patrimonio* sanxit; aut *alios idoneos faciendos esse, qui recedentium praesentiam personamque restituant in publicis muneribus subeundis*. Ne quem autem longis morer ambagibus, & morosis fortasse; qui successere principes Theodosianam ferme legem amplexi sunt. Etsi enim Arcadius *l.* 3. C. *Theod. de his qui ad Ecc. conf.* rigorem constantinianae legis secutus sit, qua curiales clericos *ad pristinam sortem, velut manu mox injecta, revocari jussit*; tamen non multo post patris sui constitutionem restituit, *l.* 163. C. *Theod. de decur.* Quam & consecuti principes probarunt, quorum leges videre est in App. C. Theod. Excepti sunt tamen inferiores clerici, qui *debitis mox patriae muneribus praesentari jubentur*. Non longius abivit Justinianus; etiamsi rigidiorem initio fuisse constet ex *l.* 12. C. *de Episc.* sed re-

vo-

vocavit se ipse in Nov. 123. Quid mirum igitur (ut hanc veluti longissimae tractationi summam manum imponam) si S. Ambrosius Symmachum reprehendat, quod tantopere pro stabiliendis sacerdotum ethnicorum privilegiis laboraret, cum tantis imperatores difficultatibus christianorum clericorum immunitates impedivissent? S. Amb. *cont. Sym.* Vides interim, quid sit addici curiæ. Cum enim, quibus census erat curialis, publica fungi munera cogerentur, restituuntur curiae clerici, qui ut ea devitarent clericatum inierant. Num igitur adscribundum id poenae? At, inquies, poenae loco deditur curiae clericus in *l.* 39. *Cod. Theod. de Episc.* ad quam haud dubie digitum intendit Isidorus. Ibi: *quemcumq. Episcopus suus malae vitae esse probaverit, & eum de gradu suo pro morum pravitate dejecerit; vel si ipse clericus sua voluntate professionem reliquerit clericatus, continuo a judice curialibus adjungatur; ut si ita & natalibus, & facultatibus est idoneus, eum inter ipsos curiales officium suum implere compellat.*

si au-

si autem infirma persona est, inter collegiatos eum observare, vel ad quod aptus fuerit, in publico servire lex ista constituit, ita ut hujusmodi personae a curialibus quolibet conludio nullatenus excusentur. Negari profecto nequit, Isidorum, cum jubet curiae mancipari dejectum clericum, eum poenae (1) subjicere. Nam haud dubie curiam intelligit

(1) Quid vero? numquamne dedi curiae poenae vertitur in jure? Atqui ex l. 66. & 108. Cod. Thed. de decur. facile colligitur, olim addici curiae poenae loco fuisse. In prima enim Valentinianus senior decernit: *ordinibus curiarum, quorum nobis splendor vel maxime cordi est, non adgregentur, nisi nominati, nisi electi, quos ipsi ordines coetibus suis duxerint adgregandos: nec quis ob culpam, ob quam eximi deberet ex ordine, mittatur in curiam.* Cum vetet igitur Valentinianus nocentes mancipari curiae, indicio est, jam antea id factitatum. Quod clarius apparet ex l. 108. ubi Theodosius hanc ejus sublatae poenae caussam adlegat, quod *unumquemq. criminosum non debeat dignitas, sed poena comitari*. Nec auctor id generis supplicii Constantinus l. 1. Cod. Th. de cur. public. Nam quod heic statuitur, ut noxius magistratibus municipalibus tradatur, eorumq. obsequio transmittatur, id non accipiendum (quod nonnulli faciunt) de

ligit publicum judicium; quod fit manifestum tum ex cap. *clericus*, tum ex c. *siquis sacerdotum* 11. q. 1. *si quis sacerdotum* (inquit falsus auctor hujus capitis , qui Pius perhibetur) *vel reliquorum clericorum suo episcopo inobediens fuerit , aut insidias ei paraverit, aut contumeliam , aut calumniam , aut convitia intenderit, & convinci potuerit, mox depositus curiae tradatur , & recipiat , quod inique gessit* . Idem eruitur ex cap. *statuimus ibid.* ubi & explicatior injicitur mentio maximae capitis di-

de hujusmodi poenae genere, quo curiae quis addicitur, neq. ut in magistratus cohorte deinceps sit: sed ut rei prehensi a magistratibus municipalibus mittantur ad praesidem ex juris scientia; & docent passim acta martyrum. Certe usurpabatur jam ante Constantini tempora hujusmodi supplicium; quod patet e Sozomeno *lib.* 1. *c.* 8. ubi recenset diversa Constantini beneficia in ecclesiam , & damna praesertim quae refecit Christianis a decessoribus suis illata: *cum haec edicto exposuisset, aliaq. infinita, quibus putaret subjectos suos ad veram religionem impelli: omnia decreta actaq. temporibus tyranorum , qui Ecclesiam persecuti fuissent , abrogare coepit: libertatemq. lege concedere*

diminutionis, quam pati debeat exauctoratus clericus. Nam inquit Pseudo Fabianus, cui tribuitur: *curiæ tradatur, cui diebus vitae suae deserviat*. At laudatae legis sensum omnino non vidit Isidorus, si verum est, quod, cum omnia fingeret, eam habuit in animo. Enimvero nulla heic poena decernitur; sed Ecclesiastici dejecti, vel sponte deserentes ecclesiam curiae deduntur, ceu vacantes jam, ut observat Gothfredus: vide quae supra diximus ad Nov. 123. Justiniani. Ex quibus conficitur, hanc, & alias nuper commemoratas leges offucias

dere iis, qui propter Christi nominis confessionem vel ad insulas, vel ad alia loca contra voluntatem incolenda, vel ad effodienda metalla, vel ad opera publica obeunda, vel ad inserviendum gynaeceis textrinisq., vel ad ministrandum curiis, cum antea consiliarii fuissent (ἢ βουλευτηρίοις ἐναριθμεῖσθαι, μὴ βουλευταὶ ὄντες vel curiis adnumerari, qui curiales non essent) *condemnati essent &c.* At heic propterea supplicium est, curiae mancipari, quod cum curiales non essent, nec censum proinde curialem haberent, tamen subjecti sint oneribus publicis, quae tam bona, quam personas afficiebant.

fucias Isidoro fecisse, quippe qui cum clericos dejectos magistratibus mitti vult puniendos, curiae praecipit addici. Verum non id fuit olim traditio curiae, ut ante dixi.

Restat autem, ut videamus, unde sumpserit, aut finxerit exauctoratorum clericorum servitutem Isidorus. Non improbandum sane duxerim, quod ait de Marca, id haustum a Concilio Aurelianensi I. c. 2. *De raptoribus autem id custodiendum esse censuimus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & feminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & raptor mortis vel poenarum impunitate concessa aut serviendi conditioni subjectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem.* Hinc ergo poenam servitutis (1) acceptam

(1) At Blascus noster, quem semper honoris caussa nomino, alterum ejusmodi servitutis exemplum promit e Concil. Hispalensi can. 3. sed nihil est, quod ita statuamus. Nam heic memorantur duum generum feminae cum clericis cohabitantes, liberae unae, alterae ancillu-

ceptam Isidorus in clericos Eqiscopo suo incommodantes ampliavit. Ac tamen si quis dicat, id inter Isidoriana commenta numerandum esse, non magnopere refrager. Nam eum fortasse decepit Nov. v. c. vi. Justiniani de monacho monasterium deserente: *substantia ejus in monasterio remanente ipse inter officiales*

cillulae. Primae comprehendi jubentur, & *in suis lucris usurpari*; alterae servire monasteriis, cum antea dominis servirent; seu (ut inveni in varia lectione concilii margini apposita) alienari, earumq. pretium pauperibus erogari: *placuit, ut si presbyteri, diacones, vel clerici consortia extranearum feminarum, vel ancillarum familiaritatem per sacerdotis sui admonitionem a se minus removerint, in secundis judices easdem mulieres cum voluntate, & permissu episcopi comprehensas in suis lucris usurpent, ut vitium hoc, dum sacerdos inhibere non praevalet, potestas judicialis coerceat; dato tamen ab iisdem judicibus sacramento episcopis, ut eas clericis nulla arte restituant. Quod si restituerint, ipsi judices sententia excommunicationis feriantur: mulieres vero illae juxta priores canones a sacerdotibus distractae in monasterio Deo votarum tradantur servitura*. Quae postrema verba sic alii legunt: *mulieribus vero illis juxta priores canones a sacerdote distractis precium earum indigentibus dispensetur*.

ciales provinciae judicio statuetur, & *hunc habebit mutationis fructum*, *ut*, *qui sacrum monasterium despexerit*, *tribunalis terreni observet servitium*. Verum heic δουλεία non magis capitis minutionem notat, quam illa legis 104. Cod. Theod. de decur. *curiales qui ecclesiis malunt servire*, *quam curiis*. Quid aliud autem est ecclesiis servire, quam *divino cultui ministeria religionis impendere*, ut extat in l. 2. C. Theod. de Episc.? Nec alia sententia subjicienda cit. legi Constantini 3. C. Th. de Episc. ubi *obsequia publica declinantes*, & *ad clericorum numerum confugientes curiae ordinibusq. restitui* & *civilibus obsequiis inservire* jubentur. Non inscite enim curiae dicuntur inservire, quibus tot tantaq. onera imminebant. Et observavimus antea, quo sensu Majoranus curiales appellaverit *servos Reip. ac viscera civitatis*.

F I N I S.

ELEN-

ELENCHUS
CAPITUM.

CAP. I.

CAP. II.

CAP. III.

CAP. IV.

CAP.

Adm. Rev. Dominus D. Silvester Catone S. Th. Professor revideat, & in scriptis referat. Datum die 21. Jan. 1765.

PHIL. EPISC. ALLIFANUS VIC. GEN.

JOSEPH SPARANUS CAN. DEP.

EMINENTISS. PRINCEPS.

CUm libellum, cui titulus *Paschalis Napodani Eloq. & Can. Profes. Dissertatio* qua cap. Clericus 3 q. 4. *exponitur* jussu Eminentiae tuae perlegerim, in eo non modo nihil a Catholica fide, moruumque integritate alienum deprehendi, verum omnino magnam potius eruditionem, qua juventus instrui potest, ostendunt. E re igitur publica apprime futurum arbitror, si in lucem prodeat. Datum Neapoli die 20. Mensis Augusti 1765.

Obsequentiss. & addictiss.
Silvester Catone.

Attenta relatione Domini Revisoris imprimatur, Datum die 21. Augusti 1765.

PHIL. EPISC. ALLIFANUS VIC. GEN.

JOSEPH SPARANUS CAN. DEP.

Magnificus U. J. D. D. Dominicus Mangerius in hac Regia studiorum Universitate Professor Primarius, revideat & in scriptis referat. Neapoli die 13. Martii 1765.

NICOLAUS DE ROSA EPISC. PUT. CAP. MAJ.

ILLUSTRIS. ET AMPLIS. PRÆSUL.

Jussu tuo, qua potui diligentia, perlegi opusculum, quod inscribitur *Paschalis Napodani Dissertatio, qua Cap.* Clericus 3. *q.* 4. *exponitur*; in quo elegantissimus Auctor in explicando Cap. *Clericus* 3. q. 4. multa docte & concinne edisserit de Ecclesiae potestate, ac immunitate Clericorum, ejus primordia & incrementa non ex subdititiis, ut fere solet, sed e genuinis Ecclesiae monumentis illustrans. Cumque in iis nihil, quod publicae tranquillitati, Juribusque Majestatis adversetur, repererim, edi posse censeo.

Datum Neap. XL Kal. Sept. CIϽIϽCCLXV.

Addictissimus
Dominicus Mangienius.

Die 3. mensis Septembris 1765. Neapoli

Viso rescripto suæ Regalis Majestatis de die 31. Augusti proximi elapsi mensis currentis anni, ac relatione U. J. D. D. Dominici Mangerio, de commissione Rev. Regii Cappellani Majoris ordine præfatæ Regalis Majestatis.

Regalis Camera Sanctæ Claræ providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma præsentis supplicis libelli, ac approbatione dicti Revisoris. Verum in publicatione servetur Regia Pragmatica hoc suum.

CAETA . PERRELLI . VARGAS MACCIUCCA.

Ill. Marchio Citus Præses S. R. C. & Ill. Caput Aulæ de Fiori tempore subscriptionis impeditus.

Reg. fol. 121.

Carulli. Athanasius.



